

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De orthographia dictionum e Graecis tractarum

Johannes <Tortellius>

[Venedig], 12. Nov. 1484

S

[urn:nbn:de:bsz:31-299711](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299711)

Abacus euz. e. exili scribitur: fuit teste Herodo. li. histo. ii. aethiopum rex: qui Any-
sim aegypti regem fugauit: & illius regnū quinquaginta annis obtinuit.

Sabyllus euz. y. græco & duplicato. l. scribitur: fuit teste Herodo. li. histo. vi. Gelæ
urbis siciliæ tyrānus postq̄. s. interfecit Cleandrum panternei: qui tyrānidem pri-
us septem annis occupauerat.

Sabini cū. i. latino scribitur: fuerūt teste Plinio in. iii. naturalis histo. populi in Italia
a religiōe & cultu deoge: q̄si seuini cognominati. Nā σεβουαί græce dicitur latine
colo: uel ueneror. hi teste Plutarcho in uita Romuli ciuitates sine mœnib⁹ incole-
bant: ut priscam illā lacedæmonioꝝ cōsuetudinē referrēt. Vnde in ea quæ roma-
næ urbi p̄pinqua sunt colonias: deinde deduxerunt tanq̄ nullū alium aduersum

populū ob animi magnitudinē p̄tulerent. Ideoq̄ cū diceret Virgi. in. ix. Tacioq̄ seni curribusue feueris,
inq̄t Serui⁹ iō dixit Seueris quod cū filias p̄diderint ceninēses: antēnates: crustumeri: & sabini cæteris primū
gescētib⁹: soli sabini bella sumpserunt. Hi aduersum novos maritos licenter plurimū scōmatib⁹ iocabantur.

Quod Lucanus i. ii. tetigit cū ait: Nec soliti lufere sales nec more sabino. Excipit tristis cōiuitia festa marit⁹.
Et a sabino sabellus deducit. ut Virgi. in. ii. georgi. de Italia loquens ait: Hæc gen⁹ acre uirū marfos pubēq̄
sabellam Extulit. & in. ii. georgi. Dentēq̄ sabellus exacuit sus. Item Iuue. Mensamq̄ sabellam.

Sadyattes cū. y. græco & duplicato. t. scribitur: fuit Ardyos filii Gygis filius: qui teste Herodoto li. histo. i. post
patrem regnauit in lydia. Cuius regno eius filius Alyattes successit.

Sagarus cū unico. r. scribitur: ē teste Herodoto li. histo. iii. fluiuius phrygiæ. Liui⁹ uero in. vii. de bello macedo-
nium esse dixit Gallegræciæ: qui per phrygiam defluens: & ad berecyntū oppidum pertingens: i. p̄pon-
tidem tandem influit.

Sais cum. i. latino scribitur: ciuitas ē i. ægypto iuxta hostiū quoddam nili: quod ab ipsa ciuitate saiticum cogno-
minatum fuit.

Saiticum cum. i. latino utrobicq̄ & absq̄ aliqua aspiratione scribitur. Vnum est ex hostiis nili: ut in dictiōe se-
beniticum uidebimus.

Saliunca cū. i. latino & c. exili scribitur: uoluerūt qdam græcū eē: quod minime negē ē: sed latinā h̄z cymologiā
hoc est a saliedo dictū: ut ait Plinius. xxi. naturalis histo. li. saliuca foliosa qdē ē: sed breuis & quæ necdū nō
possit radici numeroſe cohæret herba uerius q̄ flos: & quæ manu cōpressa facile cōdensat. de qua Virgili⁹
meminit in bucolico: Puniceis humilis q̄tum saliuca rosetis.

Salamina cū unico. l. & i. latino scribitur: & salamis etiā dici pōt atq̄ salamina: sed uerius i. n. definit: quod reti-
net in obliquis quæadmodum attis & attin delphin & delphis: eleusin & eleusis. Est ergo salamina insula in
euboico mari cōtra athenas sita: urbez retinēs sui nominis: in qua Telamon Aiacis & Teucri pater regnauit.
S; cū reuerteret Teucer a bello troiano nec de inimicis Aiacis: teste Iustino ultus fuisset: a patre expulsus cy-
prum perrexit. Ibiq̄ urbē aliam salaminā condidit. De qua Horati⁹ i. primo carminū meminit. Nil desperā-
dum teucro duce & auspice teucro. Certus enim p̄misit apollo ambigūā tellure noua salamina futuraz. At
de priori salamina intellexit Quintilianus i. vi. de institutione oratoria cū ait: Neq̄ est ignobile exemplum
megarios atheniensib⁹ cū de salamina contēderent uictos Homeri uersu. Qui tamen ipse in omni editione
reperitur: significans Aiacē naues suas atheniensibus iunxisse. uersus aut̄ Homeri hi sunt αἶας δέκασα λα-
μῖνος ἄγειν δύο καὶ δέκα κληῖσ στήσε δάγρον ἢ ἀθηναίων ἰστάντο φάλαγγες. Horum primum
quidem Aristoteles in. i. rhetoricorum rettulit: secūdum uero apud Herodotū cōperi. Nam adhuc i. nullo
exemplari homerico inueni.

Salmoneus cū unico. l. & n. & eu. diphthongo in fine scribitur: habetq̄ accentū super secūda: fuit teste Lactā-
tio grāmatico cuiusdā Aeoli filius: q̄ apud helidem regnauerat. hic maxima insolētia diuinos sibi honores
quæritabat: factitabatq̄ iacere fulmina: ut Iuppiter. Sed a Ioue ipse fulminat⁹ in inferna demersus ē: dicente
Virgilio in. vi. aenei. Vidi & crudeles dantem salmonea pœnas. Idem Homerus in. xi. odysseæ.

Salmoxis ultia cū. x. cōsonāte & i. latio scribitur: fuit teste Herodo. li. histo. iiii. dæmon qdam thracum.

Salum cum unico. l. scribitur: & significat apud nos mare: deduciturq̄ a uerbo græco: quod est σαλευσθαι:
quod est moueri & agitari.

Samos cū unico. m. scribitur: nomē ē duag insulaz: i. mari ægæo: de qbus in sequēti dictione uidebimus.

Samo thracia cum. th. aspirato & c. exili atq̄. i. latino scribitur: insula est in ægæo mari thraciæ adiacens: quæ
prius famos dicta est: postea ex commixtis thraciæ incolis samo thracia dicta fuit: dicente Virgilio i. vii. aenei.
Threiciamque famos: quæ nunc samo thracia fertur.

Nam dixit threiciam ad differentiam alterius insulæ fami: quæ asiæ adiacet ex opposito ad ephesum & an-
dro uicina: ut ostendit Ptholemaus in geographia: de qua Iuuenalis in. iii. satyra meminit cum ait: Hic an-
dro ille famo. At e samo thracia teste Apulegio in secundo floridori despicitur parum pelagi: estque fru-
mento pigra foecundior oliueto: nec uinitori nec olitori scalpif: incolis frequens est: & hospitibus celebra-
ta. oppidum habuit quod fuisse ampluz indicant mœnia semiruta. hæc teste Lactantio in primo diuinarum

institutionum ex Varronis testimonio fuit Iunoni dicatissima: eo quod in illo nata fuit educataque: & Ioui nupta ut inquit cantatissimus rumor est. Ob quod praeter ceteris numinibus Iunoni in nobilissimo templo illi dicata: ut idem auctor subdit honorabat. Et ut Apuleius in praefato libro retulit ante aram Iunonis in famo erat: eius statua a Polycrate tyranno dicata: qua nec pulchrius nec ditius quicquam est: adolescens est uisenda pulchritudine crinibus fronte: & in oibus membris suis admirabilis. Quin & teste Plinio in xxxvi. naturalis histo. fecit scopas Venerem: quae samothraciae sanctis caerimoniis colunt. Quare dixit Iuue. Iures licet & samothracum Et nostrorum aras. & maxime cum romanis timida uideret Iuno. Haec eadem fuit Pythagorae patria & unius sibylarum. Et cum sit in ea gleba tenacissima: primum illic fictilia uasa facta dicunt: quae ab auctoribus famia uocantur. In eadem teste Homero circa initium libri xiii. iliados: nemorosus est collis: unde omnes idam & oem troianam urbem subiicere oculis quae possent.

Sambuca cum. c. exili scribitur: genus est instrumenti: ut dixit Iulius Pollux ad Commodum imperatorem.

Sandyx cum. y. graeco scribitur: & ponitur a graecis teste Plinio in. xxii. naturalis histo. inter olera siluestria. Idem Opinion & Heraclitrus affirmant: dicuntque illam breui caule & in aliis foeniculo simile esse. haec est quam Aristophanes poeta comicus Euripidi tragico obiicit ioculariter matrem eius ne olus quidem legitimum uedicasse sed sandycem: ex eadem sit color sandycinus: ut testis est Seruius super id Virgilio in bucolico: Sponte sua sandyx pascetes uestiet agnos. Qui sane color teste Plinio in. xxxv. li. conficitur ex sandaraca & rubrica admixta. Sed ut idem dixit in praefato. xxii. libro peculiaris laus eius herbae est: quod fatigato Venere corpori succurrit: marcentemque senio iam coitus excitat: silitque profluua alba foeminarum.

Sangaris cum unico. r. & i. latino scribitur: fluuius quae teste Liuius in. vii. de bello macedonico: ab adoro monte diffusus: & per gallograeciam phrygiamque defluens: e gradium midae urbem alluit. & ut dixit Seruius super. vi. aeneid. iuxta castellum berecynthos fluens: misceat deinde thymbræo fluuiio: ita ut geminatis aquis maior effectus: haud longe a troia in pontidem cadit.

Sannites cum duplicato. n. & i. latino atque. t. exili scribitur a graecis: populi sunt italici in sannio inter picenam campaniam & apuliam positi.

Sapiri cum. i. latino scribitur: sunt teste Orpheo in argonautica populi iuxta pontum.

Sappho cum duplicato. p. & secundo aspirato scribitur: fuit foemina lesbica & nobilis uates: a qua uersus quidam lyrici sapphici sunt cognominati: quos illa comperit. De hac Ouidius in. ii. de tristibus inquit: Lesbica quid docuit sappho nisi amare puellas? Et de remediis li. ii. inquit: Me certe sappho meliores fecit amice. Martialis i. vii. Carmina iam fingi sappho laudauit amatrix. Cuius sane opera ex maiorum negligentia amissimus: nec iter graecos eius aliquid comperire ualui. Habemus autem traductam (ut putamus ab Ouidio) eius quaedam nobilem epistolam: quam uersus elegiaco ad Phaonem amatum direxerat.

Sarcari cum. c. exili & i. latino scribitur: fluuius est teste Hesiodo in theogonia: quae Aristarchi glosa dicit esse in phrygia

Sarcasmos cum. c. exili scribitur: dicitur teste Seruio super. ii. aeneid. iocus cum amaritudine: ut Priamo inquit Pyrrhus apud Virgilium in. ii. aeneidos: Referes haec & nuntius ibis Pelidae genitori: illi mea tristia facta degeneretque neoptolemmum narrare memento.

Sarcophagus cum. c. exili & th. aspirato scribitur: accipiturque a nostris pro sepulchro: eo quod σαρκος. i. carnem: φαγει: hoc est comedit. Vnde Plinius in. ii. naturalis histo. inquit circa ason troadis lapis nascitur: quo consumuntur omnia corpora: & sarcophagus uocatur.

Sardanapalus cum unico. l. scribitur: & cum accetu super penultima a latinis pronuntiat: quae sane producit. Iuue. i. saty. Oibus terris: Et uenere & coenis & plumis sardanapali. Na fuit assyriorum rex ultimus: de quo Diodorus historice apud graecos plene scripsit. & Iustinus apud nostros tetigit: tandem ab Artabano: quae eius noie medis praerat regno priuatus: quae e mediis scortis seipsum in regnum iacit. Iussitque teste Cicerone in. v. de quaestibus tuscularis: uerba haec busto suo inscribi. Haec habui quae edi quaeque exaturata libido hausit: alia iacet multa & scelera relicta.

Sardanis cum unico. n. & i. latino scribitur: fuit uir lydius quae Croeso suadere conatus est: ne persis bellum inferret.

Sardinia cum. i. latino scribitur: insula est in tyrrheno mari sita: quae a Sarbo filio Herculis: quae e libya ueniens insulam occupauit teste Solino nomen sortita fuit: a qua sardous adiectiuum nomen deducitur. Oui. in. iiii. fastorum. Sardoque regna sinistris respicit a remis.

Sardis cum. i. latino sequente. f. scribitur: estque numeri pluralis: & teste Prisciano in. vii. terminat noiatiuum & accusatiuum in. is. ut. f. sonum graecum seruet. Na eodem Prisciano teste apud graecos ei diphthongum finale habet: ut est σαρδεις. Similiter ut dicit alpinus: syrtis: trallis: urbs fuit in lydia ad latetmoli motis maxime pcelebris ut testis est Herodotus li. i. histo. i. Et Plinius li. v. natu. histo. Eadem fuit olim regia Croesi lydoe regis: ut late ostendit praefatus Herodotus. Et Horatius in. x. epistola. Quid concinna famos: quid Croesi regia sardis.

Sardonyx cum. y. graeco sequente. x. scribitur: lapis est olim apud romanos preciosus. Estque generis masculini & foemini. Persi: Et natalicia tandem sardonyce. Iuue. in satyra Et spes & ratio: Ideo conducta paulus agebat sardonyce. masculini ut idem in satyra Credo pudicicam: In manibus densi radiant testudine tota Sardonyces: estque dictio composita ex sardo qui lapis fuit in Sardinia primum compertus coloris rubei: & onyx qui est unguis: quasi utriusque colorem teneat. Ideo inquit Macrobius de lapidibus sardonyce facit duo noia

- fardus & onyx: & ut dicitur habet colore subeandidum eum rubro ac more latino dicitur etiam fardonycus. Iuue,
in satyra Exemplo quodcumque malo. Arguit ipsos quos littera gemaque princeps Sardonycus.
- S** armata cum. t. exili scribitur: hi populi sunt quos graeci sauromatas uocant: ut in ea dictione uidebimus.
- S** arnus cum. n. post. r. & non farrus: ut quidam uoluerunt scribitur: fluuius est campaniae ex farno more campaniae ortu
ducens iuxta oppidum farni in radicibus montis positum: primoque magno cum murmure montis defluit: mox in
paludes amplas definit: quae graues incolis nebulas toto anno emittunt: deinde coactus rupibus uesuum mon
tem radit: & ab inde per contentum cursum in tyrrhenum mare concidit. De hoc Virgilius li. aenei. vii. memi
nit dum campanos designat populos turno faucentes dicens. Sarastes populos de qua rigat aequora farnus. Et
teste Seruio sarastes ipsi populi sunt a faryno fluuio cognominati.
- S** arra cum duplicato. r. scribitur: & cum dictio sit phoenicia & non graeca secundum. r. minime aspirari consueuit: urbs
fuit in phoenicia: quae teste Seruio circa finem secundum georgii. dicta fuit deinde tyrus: sed id quoque nomen a pi
sce quodam accepit: quod illic abundat: & far illa lingua uocatur: ex cuius sanguine sericum in purpuram tin
gebatur. Ex quo adiectiuum farranus deducitur: ut Virgilius in praefato loco:
Ut gemma bibat: & farrano dormiat ostro.
- S** arpedon cum. e. absque: diphthongo scribitur: super quam habet accentum: & declinat huius sarpedontis: fuit teste
Homero Iouis filius ex laodomia Bellerophontis filia. Herodotus uero dixit in primo eum fuisse Iouis filium
ex Europa: ac Minois fuisse fratrem: ut in ea dictione uidimus. Hic cum rex esset lyciae & in armis strenuus troianis
contra graecos fuit: & multa bello strenuitatis documenta demonstrans: a Patroclo tandem interimit.
- S** ataspis cum. t. exili & i. latino scribitur: fuit teste Herodoto li. histo. iii. Vir magnus & diligens: quem Xerxes
ad perscrutandam libyam misit.
- S** atrae cum. t. exili scribitur: populi sunt graecorum in litoribus thraeciae: ut ostendit Herodotus in septimo:
historiae libro.
- S** artago cum. t. exili scribitur: dicitur patella in qua caro frigat: & ἀρτάγη: quae est caro nomen assumpsit: & latine
frixorium ab ipso fricationis sono dicta uolunt. dicitur & apud illos alio uocabulo ΤΗΥΑΝΟΥ: quod sane uo
cabulum per eadem re tusci obseruat: dicentes tegantum frictumque apud graecos dicitur ΤΥΓΑΝΙΣΤΟΝ. At uero
peluis a pelluendis pedibus uel manibus dicitur. Festus solum de pedibus dixit. Malluuius eodem teste id est in
quo manus lauantur: labrum commune est quod uulgo dicitur bacile. Addit Festus gutturnium esse uas: ex quo
aqua in manus datur: ab eo quod per oris angustias gutta fluat. Patellae possunt etiam lances & parapides dici
Horatius in epistolis: Nec modica coenare times huius omne patella.
- S** atyrus cum. t. exili & y. graeco scribitur: animal est: quod teste Plinio in v. naturalis histo. de homine nil aliud
praefert quam figuram: habitatque in recessu insulae canopeae: in confinibus ethiopiae: & ut scribit Hieronymus in
uita Pauli: ad quem cum pergeret beatus Antonius uidit homunculum ad uncis naribus & fronte cornibus
aspera: cui extrema corporis in caprarum pedes deficiebant. Et praemisso signo crucis cum quisnam esset in
terrogasset Antonius: respondisse fertur mortalis ego sum: unus ex accolis heremi: quos uano errore delu
sa gentilitas phaunos satyrosque & incubos colit.
- S** atyra cum. t. exili & y. graeco scribitur: genus est poematis: quod quasi saturam dictum nonnulli putant. Nam
teste Festo satyra genus est cibi ex uariis rebus conditum. Et subdit inde genus carminis dici in quo de mul
tis rebus disputatur. haec ille. nec absunt qui dicant a similitudine satyrorum dicta. Nam illi leues: nudi: di
caces: & capripedes appellantur: hi uero leues quod de his quae sunt uitia in communi hominum usu describunt: uel
quod facile de uitio in uitium arguentes labantur. Nudi quod aperte reprehendant: dicaces quia impetuosi gar
ruli: & abinde dicant. Et quia capra uile animal est & turpe: & hi similiter de turpibus & rebus uilibus: hoc est
uitiosis scribere consueuerunt capripedes sunt appellati. nam non ita eleuatur carmen satyricum aut augetur
nec talem habet tubam: quale heroicum ipsum habet: nec unam eandemque materiae continuat: sed in multas scin
ditur: ac in fine saepe numero languescit: plusque habet deinde grauitatis atque difficultatis: quam carmen elegia
cum. Habet etiam quadam miram rerum uariarum suauitatem: doctrinam: atque copiam sub illa obscuritate la
tentem: & sic mordax est dicax: nudum: petulcum: ferox: de una re in alteram more satyrorum aialium transi
liens. Sane ipsa satyra ut dixit Quintilianus tota nostra est: hoc est non a graecis consuetum nisi in modum comice
diae antiquae: ut uidimus in dictione comediae: & in dictione prologus. Primus apud latinos insignem lau
dem adeptus est Lucilius. Sed purus magis ac tersior Quintiliani iudicio fuit Horatius. Persius uero ut nobis
uidetur obscurus fuit & pressus: eius tamen labor (ut dixit Quintilianus) fuit praecipuus: & multum uerae
gloriae: quamuis in uno libro promeruit. Ideo dicebat Martialis ad Pudentem in epigrammatibus.
Saepius in libro numeratur persius uno.
Quam leuis in tota marsus amazonide. Sed ut mihi uidetur lepidissimum inter ceteros est Iuue. de quo Qui
tilianus intellexit de satyricis loquens cum ait: Sunt clari hodie: & qui olim noiabuntur.
- S** atrapa cum. t. exili scribitur: dictio est persica: quae apud nos praefectum indicat.
- S** atagyta absque: abliqua aspiratione & cum. y. graeco scribitur: fuerunt teste Herodoto libro historiarum. iiii.
populi in asia scythica.

S atrōmatæ cū .t. exili scribitur: sunt teste Herodoto li. histo. iiii. populi q̄ ex profundo paludis mæotidos incipiētes: regionē uersus boreā itinere dieꝝ q̄ndecim incolunt exilē qd̄ ac tenuem. Sed sc̄elicibus & isc̄elicibus arboribus referta. hos dixit Plinius in. vi. naturalis histo. esse medorū sobolē: & prius li. iiii. dixerat sauromatas scytharum gentes græci uocant: quas sarmatas romani dicūt. Et Florus in. iiii. sarmatæ inquit: nihil præter niues rarafq; siluas habent: quibꝫ̄ tanta barbaries: q̄ pacē non intelligant. Ideo hos p̄ Lentulum phibere danubio satis Augusto fuit. De quibꝫ̄ etiam Seneca in tragœdia furentis Herculis ait:

Illic dura carent æquora, fluctibus:
Et qua plena rates carbasa tenderent:
Intonsis teritur semita sarmatis.

S aulus cum. i. latino scribitur: fuit teste Herodoto li. historiarum. iiii. rex scytharum: & pater Indathyrsi: ut in ea dictione uidimus.

S aurus cum. au. diphthongo scribitur: dicitur a nostris lacertus. Fuit etiam teste Plinio in. xxxvi. historiarum natu. proprium nomen sculptoris eximii.

S atriois cū .t. exili sequente. n. consonante & .i. latino scribitur: fuit teste Orpheo fluuiꝫ̄ phrygiæ.

S cæna cum. c. exili & .æ. diphthongo teste Prisciano scribitur: hocq; ex antiquorum cōsuetudine magna: q̄ ex uera orthographia obseruari dicit. Nam cū dicitio sit græca: nec apud græcos diphthongū habeat: absque diphthongo etiā apud nos transferri debuit: dicitur enim græce σκηνή. Sed iam certa, & approbata cōsuetudo ex antiquissimis marmorū inscriptionibꝫ̄ & claris auctoribꝫ̄: quæ p̄ diphthongū illaz scribi demonstrat Varro tamen dixit super hac dictione uariā fuisse ueterum opinionem. Aliis. s. p. e. exile sicut apud græcos scribendū asseuerantibꝫ̄: aliis in signum p̄ductiois p. æ. esse notandū. Et hanc ultimaz opinionem ex eadem eā cōfirmavit Apulegius grāmaticꝫ̄: ut uidimus in dictione athica: atq; in dictione cara. & traducit a nostris scæna. i. iumbratio. Nā teste Seruio & Cassiodoro. a rusticis primū inūbratiois eā cōperta fuit: ubi priꝫ̄ carnia incōdita sæpiꝫ̄ decātabāt: Quare & a nōnullis tabernaculū traductū fuit. Vnde & scænophagia tabernaculorum festa ducta sunt. Verū eodem Cassiodoro teste cū in urbes deducta fuit scæna redactū ē nomen ad eā p̄tem theatri: quæ ab uno eius cornu ad aliud ducebatur. Nam ut uidebimus in dictione: theatrū: cōstruebatur ip̄m theatrū in formā semicycli. Et illa scæna dicebat: quæ ab uno illius cornu in aliud cornu cū copertura ducebatur. Et teste Seruio in. iiii. geor. Apud maiores theatri gradus tantū fuerūt: & scæna de lignis ad tēpus fiebat. Vnde ut ait p̄mansit cōsuetudo: ut cōponant p̄ægmata a ludorū theatrium editoribꝫ̄. hæc ille. Scæna autē quæ fiebat: aut uersilis: ut ductilis erat. Versilis tūc erat cū subito tota machinis q̄busdā cōuertebatur: & aliam picturæ faciem ostendebat. Ductilis tunc cum tractis tabulatis hæc atq; illac spēs picturæ nudabatur interior. Quod perite utrūq; tetigit Virgilius cum ait: Vel scæna ut uersis discedat frontibus: singula singulis complectens sermonibus.

S cænita quia teste Solino a scæna dicitur: cū .c. exili & .æ. diphthongo scribitur: populi sunt nobiles arabia habitantes montē cassitū: q̄ scænita eam nominis iducūt: quod tētornis succedūt: nec altas domos habent.

S cæa porta troiana cum. c. exili & .æ. diphthongo scribitur: ut ostendit Homerus libro tertio iliados: ubi ait ὁ τι σκαίαι πύλαι ἦσαν.

S camander cum. c. exili scribitur: flumiꝫ̄ ē troia ex ida descēdēs: quē Hesiodus οἰον σκαμάνδρον: hoc ē diuinum scamandrū uocauit. hunc ex nostris plures xanthum fuisse dixerunt.

S camandrius cum. c. exili & .i. latino scribitur: fuit filii Hectoris & Andromachæ nomen: quod illi teste Homero in. vi. iliados: primo pater imposuerat. Sed ut ait eum ceteri Astyanactem uocare maluerunt. Quod solus illius pater urbem tutaretur: ut uidimus in dictione Astyanactes.

S camonea cum. c. exili scribitur: frutex est teste Dioscoride ex una radice uirgas plures efferens: cuius succus ualet in medicinis.

S eapha cum. c. exili & .ph. aspirato scribitur: est nauicula in ligno cauata: & a σκαπτή: quod est cauo deducitur. Vnde & a multis fossura: alueus & linter traducitur. Aphricanus iuriscōsultus de euitōne scapha inquit per se parua nauicula est.

S caphium cum. c. exili scribitur: uas ē concauū in quo cacari consueuerat. Vlpianus iuriscōsultus de auro & argento legato. Scaphia habita uentris eā non puto argento legato contineri. Quare loquens Luue. de mulieribus quæ romæ luctabantur dixit in satyra Credo pudiciam: Et ride positus scaphium cū fumitur armis. Martialis similiter in. xi. Te potare decet gēma q̄ mētora frangis In scaphium mæcchæ sardanapale tuæ. Plautus in bacchidibus p̄ galea scaphium p̄ insigni sit corona plectilis.

S carus cum. c. exili scribitur: piscis est teste Columella libro nono: de agricultura: qui totius asia græciæ litorē sicilia tenuis frequentissimus exit. Nunq̄ in ligusticuꝫ̄ nec per gallias enauit ad ibericum mare. Itaq; ne si capti quidem perferantur in nostra uiuaria diuturni queunt possideri. Et Quintilianus in quinto: nec herorum nostro mari nec scatum ducas. Vnde teste Macrobio libro. iiii. saturnali: Adeo ignotus italicis litoribus erat: ut nec nomen latinum eius piscis habeamus.

S captēsula absq; aliqua aspiratione: & cū .p. ante. t. scribitur: locus est teste Festo in macedonia: ubi argētum

- effodit: dicitur a scappo uerbo graeco: quod est effodio. Vnde Lucreti: Quales scaptésula subter odorés emittit.
- S**ceptrum absque aliqua aspiratione uel diphthongo scribitur: uirga erat qua reges in similitudinē Iouis utebantur: cum teste Seruio super. xii. aeneidos: ipsi Iouis sit proprium. hoc & ad foedera semper adhiberi consueuerat. unde in foedere Aenae & Latini ait ipse Latinus apud Virgilium praefato loco: Vt sceptrum hoc dextra sceptrum. nam forte gerebat nunquam fronde leui fundet uirgulta. & reliqua. cuius causam dixit idem Seruius: qui maiores semper in foedere simulachrum Iouis adhibebant: quod cum tediosum esset praecipue quando fiebant: cum longe positis gentibus foedera inuentum est: ut sceptrum tenentes quasi imaginem simulachri redderent Iouis: cuius proprium est sceptrum. Iuppiter enim & non detinens sceptrum pater est patrum: sed ille quasi pater.
- S**chema cum. ch. aspirato scribitur: dici potest latine figura siue cultus.
- S**chelis cum. ch. aspirato scribitur: & dici potest habitudo: ut nominum quoque cum multitudo in coniunctio nominum quodam ambitu copulatur iuxta id Nubila: nix: grandaeque: pcellae: fulmina: uenti.
- S**cyla cum. c. exili & y. graeco atque unico. l. scribitur: significat apud graecos id quod dicimus spolia uel manubiae tantum in plurali: at in singulari nomen fuit uiri proprii: quod teste Herodoto libro histo. iiii. filius fuit Ariapithis scytharum regis cui in regno successit.
- S**cylus eodem modo ut superior dictio scribitur: fuit frater Dipeli: de quo in dictione Dipelus uidimus.
- S**cylurus cum. c. exili & i. latino scribitur: nomen fuit uiri proprii: qui teste Plutarcho. lxxx. filios masculos habuit
- S**cylla cum. c. exili & y. graeco & duplicato. l. scribitur: nomen fuit duarum maxime mulierum: de quo poetae memorant. Vna fuit Nisi megarensium regis filia: de qua Ouidius in. ix. metamorpho. omnia pertractauit. Nam cum eius patriam Minois obsideret: & statutum satis esset urbem capi non posse: quousque pater Nisus purpuream quam habebat comam conseruaret. Illa amore Minois capta: capillum patri absceidit: & sic patriam ac patrem perdidit. Sed a Minoe deinde sprete: lamentabilibus quasi deficiens in auem sui nominis uersa est. De qua etiam idem Ouidius de arte amandi li. i. dixit: Filia purpureos nisi furata capillos: Puppe cadens nauis facta refert auis. Altera teste Seruio super. iiii. aenei. & i bucolico: fuit Phorci filia: ex Cretaria nymphe: de qua Ouidius in. xiiii. metamorphose. omnia expressit. Nam cum deus marinus Glaucus hanc ardentem amaret: a qua ipse spernebatur. Et Circe Glaucum ipsum mirtum in modum amaret. suadebat Glaucum Circe: ut spernentem Scyllam sperneret: & se amantem amaret. Cui prius inquit Glaucus: nascuntur in aequore frondes. Et in summis nascuntur montibus algae. Sospite quae Scylla nostri mutantur amores. Et quod fontem in quo Scylla ipsa lauari consueuerat: ueneficis potentissimis uitauit: adeo ut cum fontem intrauit: canes terribiles iuxta inguina sua conspiceret: quod monstruosis latratibus ipsam deterrebant. Quibus ipsa exterrita praecipit se mari dedit: quam ut ait Virgilius in. iiii. aenei. Caecis cohibet spelunca latebris Ora exertatem: & naues in saxa trahentes Vnde & Ouidius li. i. de arte inquit: Altera scylla maris monstrum medicamine circes. Pube premit rapidos in guinibusque canes. huius formam depingens Virgilius in eodem libro. iiii. aenei. inquit: Prima hominis facies: & pulchro pectore uirgo Pube tenus: postrema immani corpore piltris. Delphinum caudas utero commissa lupogae. Salustius uero concordans cum Plinio li. iiii. historiae naturalis dixit insicilia esse saxum ingens humanam habens effigiem in parte superiori: in inferiori uero plures habere dixerunt resectos scopulos sub radicibus cauernosos. Inter quos dum aestuosus mare intrat: ab eisdem refractu tumultuando representat latratum canum & ululantes lupos.
- S**cylaceum cum. c. exili utrobique & y. graeco atque unico. l. & e. sine diphthongo scribitur: fuit oppidum ab atheniensibus in scylacea regione: quae est in ultimo Italiae constructum: ut dixit Solinus in litore sinus scylacei: ut ostendit Ptholemaeus in geographia. de quo Virgilius circa finem libri. iiii. aenei. Caulonisque arces & nauifragum scylaccum.
- S**ciopodes cum. c. exili & i. latino scribitur: fuerunt homines quidam monstruosi in desertis indiae: quod teste Plinio li. vii. naturalis histo. in maiori aestu humi iacentes resupini: umbra se pedum partegebant. Et componitur dictio ex σκιαι quae est umbra: & πόδες pedes.
- S**cyphus cum. c. exili & y. graeco scribitur: fuit teste Macrobio Hercules poculum ut liberi patris cantharus est. & aliud uas quod absque. s. dicitur cyphus: de quo in sua dictione uidimus.
- S**cyrus cum. c. exili & y. graeco scribitur: insula est in mari aegaeo una ex cycladibus: & Lycomedis regis patria: in qua Achilles sub puellari habitu adoleuit: atque eius regis filiam Deidamiam grauidauit: quae ab insula & ipsa scyrias nunquam nominatur. Ouidius in. i. de arte amandi. Scyrias a monio uicta puella uiro.
- S**cyronia saxa eodem modo scribitur. Nam saxa propinqua sunt athenis sex milibus passuum porrecta in memoria uertoris Thesei. E quibus Ino cum Palamone filio in profunda se praecipit iaculata auxit mari nomen.
- S**cytha prima cum. c. exili & y. graeco: sequens cum. th. aspirato scribitur: fuit teste Herodoto libro histo. iiii. Hercules filia a qua scythiam dictam putat.
- S**cythia prima cum. c. exili & y. graeco: sequens cum. th. aspirato scribitur & i. latine: regio est septentrionalis: quae diuisa a fluuio tanais: & pars quaedam una remanet in europa: altera uero in asiam pertendit. Et quae est in europa ad thraciam terminatur: paucaque gignit animalia. Et teste Plinio in. viii. naturalis histo. a fulmine est immunis. Quae
- uero in

uero in asia ad orientem uergens diuersas continet gentes: de quarum moribus dixit elegantissime Iustin⁹
 in primo suorum epitomatum. Vniuersaliter aut oēs scythicae gētes teste Herodoto li. histo. iii. arcub⁹ sunt
 equitantes: non ex aratro sed ex feris: quas uenant⁹ uitam ducentes.

Schisma cum. ch. aspirato & .i. latino scribitur: dici potest a nostris scissura: & deriuat⁹ a σχίζω: qd⁹ est scindo

Schoenos cum. ch. aspirato & .œ. diphth. scribit⁹: dicitur latine funis: quo nomine dicta fuit ciuitas una boe-
 tiarū: de qua meminit Homer⁹ i. i. iliados. Et sic quoq; teste Aristarcho cognomiata a Schceno patre Atlātis

Schoenobates prima cum. ch. aspirato & .œ. diphth. gongo ultima cū. t. exili scribitur: dici potest latine funia-
 bulus. Nam componit⁹ ex schoenos qui est funis: & bates ambulans: qua dictione utitur Iuuenalis in. iii. sa-
 tyra: cum de graeculis loquitur.

Schola cum. ch. aspirato scribit⁹: & dicit⁹ a σχολάζω uerbo graeco: quod est uaco: quia teste Festo ceteris re-
 bus omiſſis uacare liberalibus studiis debent.

Scopas cū. c. exili scribitur: fuit sculptor marmorarius. Cuius opera ubi romae habeantur: & quae fuerint ret-
 tulit late Plinius in. xxxvi. naturalis historiae.

Scombrus cū. c. exili scribitur: genus est uilis piscis: ideo frequēter saliantur hi pisces.

Scorpium & scorpium cum. c. exili scribit⁹: uermis est ferens in cauda mortale uenenum.

Scopulus cū. c. exili scribit⁹: sed a graecis dicitur scopelos cū. e. in penultima: quā nos in. u. nostrum cōuertim⁹

Scotonia absq; aliqua aspiratione: & .i. latino scribit⁹: dici potest obtenebratio. Nam infirmitas est tenebrosita-
 tem inducēs: & deducitur a σκοτοῦμαι uerbo: quod apud nos est uertiginor. Vnde & dicit⁹ σκοτοῦσθαι
 quod est tenebrā.

Scutulata absq; aliqua aspiratione scribit⁹. Et ut qdam uolunt graeca est dicitio deducta a σκυτέω: quod est
 suo: ita ut scutulata uestis sit undiq; suta: quae mulierib⁹ permaxime cōueniebat. Ego cū id nunq; apud grae-
 eos compererim: magis latinū puto: & ex eo potissimum: quod dicit Plin. li. viii. naturalis histo. duz de gene-
 ribus lanae & uestium pertractat: Scutulis diuidere uestes gallia docuit. Iuxta quem sensum dixisse uidet⁹ lu-
 uena. in. ii. satyra cum ait: Caerulea indutus scutulata: & galbana rafa. Nam scutuz & scuta rotūdā formā
 indicat: & inde scutula diminutiū pro scutella sumitur: ut Lucilius teste Prisciano circa finem tertii: dū de
 diminutiuis tractat dixit libro. v. Scutulam ligneolam in cerebro infixit. Martialis etiā in. xi. Sic iplet gaba-
 tas parapsidesq; & leues scutulas cauasq; lāces. Et inde haec scutulata uestis scutulis distincta. Galbana uero
 genus uestis similiter dicit⁹ mulieribus aptum: quae graece γαλαβάνη uocatur.

Sebenniticum cum duplicato. n. sequente. y. graeco: penultima cum. t. exili & .i. latino ultima cum. c. exili scri-
 bitur: nomen est unius ex hostiis nili: quod teste Herodoto libro histo. ii. in duo alia diuiditur scilicet in sai-
 ticum: & mendesum.

Seleucus cum. c. exili scribit⁹: fuit unus ex principibus Alexandri: q post Alexandri mortem: primus i syria re-
 gnauit: de quo Appianus clarissim⁹ historicus graecus libro de bello syrico: sic inquit: Seleucum audio: cum
 Alexandri camillus adhuc esset p longum tēpus equitanti pedes astutisse: cumq; ex labore deficeret apprae-
 hēsa equi cauda insequi pseuerasse: casu uero extremam aciem regii teli frontem ei⁹ pstrinxisse: statimque
 cruore effuso Alexandrū cū tenta careret diademate pprio obligasse uulnus: diadema ex cruore scedatum
 esse. Ob haec Aristandrū uatē inspecto eo praedixisse serūt regem illū futurū qdem: uerum cum maximo la-
 bore regnaturū. Sic ille per. xl. regnauit ānos cōputatis his qb⁹ satrapes habitus est. Ceterū iugi labore: ut
 octogenarius adhuc bellū gereret: & depugnans extinctus sit. Et ut idem auctor psequit⁹ defuncto Seleuco
 q deinceps ab illo syriae regnum susceperunt hi fere habent⁹ Antiochus primus: q nouercaz fer⁹ duxisse: &
 Sotheris cognomē habuit. Nam ut idem auctor in eodē uolumine late prius ostenderat. Stratonicē Seleu-
 ci uxorem Antiochi nouercam & iam pueruz Seleuco enixam Antiochus ipse adolescens misere deperibat:
 uerum passionē comprimēs non palam cuiq; facere audebat: tantum morbo indulgens ultro mortē appe-
 tebat. Sed tādē Erasistratus medicus re cognita ad Seleucum inquit. filius tu⁹ insanabili morbo corripit⁹.
 Ad clamitātē regem addidi Erasistrat⁹ passio haec amor ē: & qdē mulieris quam cōsequi haud potis ē. admi-
 rat⁹ Seleuc⁹: nōne uniuersae inquit asiae iperito & p supstite filio oīa dare possuz? solum quae mulier haec cēt
 efflagitabat. Cui Erasistratus meam inquit uxorem deperit: tum rex miris pollicitationib⁹ rogabat: ut illam
 in cōiugium filio daret: cui tātum regnum debebat. Cui respondens Erasistratus: an tu inquit qdē ei⁹ parēs
 si uxorem tuā cuperet Antiochus illam ultro daturus esses? tum Seleucus deos oēs pſante deierans sponte
 ac late daturum obtulit. Quod cum non fide regem effari Erasistratus cognouisset: passionē oēm filii de-
 tegit: & quēadmodum id deprāhendisset enuntiat Seleucus gaudio elatus unicū opus superesse sibi arbi-
 tratus est: quo pacto id filio psuadendum esset: quo pacto & uxori: sed tandē uoti cōpos coacto exercitu rē
 pandit: ei filio uxorem cōiugem dedit: quod magnificū & regale ab omnibus existimatū fuit: ac magnificē-
 tius qddam & sapientius adoleſcentis amor: atq; ad amorem eius insignis moderatio. Ex huius igitur An-
 tiochi & nouercae cōiugio natus est alter Antiochus: cui etiā dei cognomē affuit a mileſiis primū inditū: qd⁹
 Timarchum eorum tyrānum expulisset: huic Antiocho pharmaco interempto Seleucus filius ex Laodice i
 regno successit Callinicus cognominatus. Seleuco aut ipsi filii duo affuere aetate adulti: Seleucus. f. & An-

tiachus. Seleucus ex mala ualitudine enim iam duobus annis regnasset: per Pharmachum sublatus: cui frater Antiochus succedens magnus cognominatus est. Hic bellum cum romanis gessit: ac septem & triginta annis regnum tenuit. habuitque filium seleucum & antiochum. Sed facta cum romanis pace missus fuit Antiochus obses romam: & mortuo patre successit Seleucus: qui dato romanis Demetrio filio fratrem antiochum liberauit is cum in patriam reuertere: & iam athenis propinquus esset Seleucus ex insidiis Heliodori cuiusdam ex suis interficit: quem suscipere regnum conantem Eumenes & Attalus uirum pepulere: antiocho in regem substituto: cui blandiebant maxime. Huic filius Antiochus nouem annos habens successit in regno: quem ob patris uirtutem grate susceptus: Lysiam pariter & puerum Antiochum interemit: & ipse regno praefuit: qui a babylonis Sotherticum: & syria in romanorum potestatem uenit.

Selymbria secunda cum .y. graeco: penultima cum .i. latino scribitur: ciuitas est teste Herodoto libro histo. vi. i. propontide propinqua byzantio.

Semiramis cum .i. latino utrobique scribitur: fuit assyriorum regina: & Nini regis uxor: haec mortuo marito: non est ausa tradere imperium filio impuberi derelicto: nec ipsa palatium tractare timens illos non esse foeminae pariteros. Quare teste Iustino in primo simulat se filium esse Nini: & puerum pro foemina: hoc est ipsa Semiramide ostendebat: sicque sexum mentita magnas res gessit: quarum amplitudine ubi inuidiam superatam putat: quae sit: & quae simulasset fatetur. Quod nec illi dignitate ademit: sed admiratione auxit: quod mulier non foeminas modo uirtute: sed etiam uiros anteiret. haec ut graeci scriptores & latini illos sequentes ferunt: babylonem condidit. Sed hos redarguit Iosephus diligentissimus historiarum scriptor libro ad Appionem alexandrinum gramaticum primo inducens Berosi chaldaei auctoritate antiquissimi & uerissimi scriptoris: qui manifestissime ostendit urbem primo ampliata & exornata: ac muro circumdata fuisse a Nabuchodonosor rege longe ante Semiramidem. Sed haec ut idem refert Iustinus: non contenta acquisitos a uiro regni terminos tueri: aethiopiam quoque imperio adiecit: indid bellum intulit: quo praeter illam & Alexandriam magnum nemo intrauit. Et ut refert Valerius Maximus de ira & odio: dum die quadam circa cultum sui corporis occupata esset: & nuntiare illi babylonem defecisse: soluta adhuc altera parte crinium, protinus ad eam expugnandam cucurrit: nec prius decorem capillorum redaxit in ordinem: quam tantam urbem in sua potestate restituit. Quare merito a Iuuenale redargui potuit Otho romanorum imperator: qui dum romanis uiris omnium uariorum grauissimis & fortissimis imperitare certaret: speculum in ciuili bello contra Vitellium deferbat: quo seipsum armatum uidebat: an deceter coeptus ceterum cum iam tolli uexilla iuberet. Quod neque in assyrio pharetrata Semiramis orbe Maesta: nec aethiaca fecit Cleopatra carina. Verum cum Semiramis in praелиis semper & sanguine uersaret: a stupris nunquam cessauit. Immo teste Plinio in .viii. naturalis histo. Equum fuisse amatum a semiramide usque in coitum Iuba auctor est. nec erubuit filio commisceri. Alios uero flagitiose concubitus exposuit impie: quibus rebus cognitis ac diuulgatis: ut eius infamia tolleretur pro lege statuit: ut inter parentes ac filios nulla delata reuerentia: ut cuique libitum ceterum libenter concubitus fieret. Iustinus uero non consueuisse illam cum filio concubitus dixit: sed ad extremum ait cum filii concubitus petisset: ab eodem interfecta est: duos & quadraginta annos post Ninum regno potita Diodorus uero siculus alia & a uersa his etiam scribit.

Sepia cum .i. latino scribitur: sepulus est teste Herodoto diuersis in locis: quae iuxta litora atheniensium esse ostendit. Est etiam genus piscis: de quo satis Plinius est locutus.

Serbonis cum .i. latino scribitur. Est teste Herodoto in .ii. palus: iuxta quam est mons casius.

Seres cum .e. absque diphthongo & unico .r. scribitur: sunt Solino teste in collectaneis: & Plinio in .vi. naturalis historia: populi asiae scythicae mites & quietissimi inter se. Reliquorum mortalium coetus fugiunt adeo quod ceterarum gentium commercia abnuant. arbores apud hos non solum folia sed lanam etiam praeferunt: quae ab eis denominata sericum appellatur. Vnde Seneca in hippolyto: Procul sit muricis tyrii robur: quae fila ramis ultimi seres legunt. Et Virgi. in .i. georgi. Velleraque ut foliis deperunt tenuia seres. Et ut dixit Plinius Primum eorum flumen persicam: proximum cambri: tertium lanos: a quo promontorium. Et subdit Solinus in ripis cambris sine interprete deposita rerum precia oculis aestimantes: sua tradunt aliena non emunt. Quare debet intelligi eos non egredi terminos suae gentis. Vnde idem: Ignoti facie sed noti uellere seres. horum nomen teste eodem Plinio latine siluarum nobiles sonat.

Sermyle cum .y. graeco scribitur: fuit teste Herodoto ciuitas in sithonia: ut in ea dictione uidebimus.

Seriphus cum .i. latino utrobique scribitur: a seripho insula. Men accepit: ut in primo horum commentariorum libro uideamus.

Sesostris cum .t. exili & .i. latino sequente .s. definit: fuit teste Herodoto li. histo. ii. rex aegyptii. Idem referente Plinio in .vi. naturalis histo. conatus est nauigabilem alueum ex rubro mari in nilum perducere: qua parte ad pelusium decurrit septuaginta duobus milibus passuum interuallo. Mox Darius rex persarum idem excogitauit. Deinde Ptholemaeus sequens quae eduxit fossam latitudine pedum centum: altitudine triginta: longitudine triginta septem

miliū passuum usq; ad fontes amaros: ultra deterruit inundationis met^o excelsiore trib^o cubitis rubro mari comperto: q̄ terra ægyptii. & subdit: Aliqui non eam afferunt eam. Sed immisso mari corrūperetur aqua nili: quæ sola potus præbet.

S etinum cū. t. exili & i. latino scribit: uinum est sic quoq; cognominatū ab agro eius nominis ubi nascit: qui teste Plinio libro. iiii. naturalis histo. est in campania.

S yagros cum. y. græco scribitur: a nostris aper cognominatur. Nam quod apud græcos σῦσ: apud nos sus dicitur: & αῦρος ferus.

S ybaris prima cū. y. græco: ultima cū. i. latino scribit: fuit oppidū antiquissimum. xii. milibus passuum ab urbe distans. Quin & aliud teste Herodoto li. histo. v. crotonæ p̄pinquū est: & eodez nomine fluuius in calabrya crathi fluuiio p̄pinquus. Item nomē iuuenis cuiusdam apud Horatiū in primo carminū: Lydia die per oēs te deos oro sybarim cur p̄peres amando pdere.

S ibylla prima cū. i. latino: sequēs cū. y. græco: qn & duplicato. l. scribit. Nomen est non p̄priū mulieris: s; offi cii. Nam σῖβυλλὰ δæos æoles uocant: Βουλή uero sentētia est seu cōsiliū: ex qbus id uomen cōponunt. Ita ut sibyllas. i. dei sentētiās: antiqui nostri uaticinatrices mulieres dixerunt: quas decez fuisse memorat Varro in libris rerū diuinaz: quos ad. C. Caesarem pontificē Maxi. scripsit: easq; oēs ut rettulit Lactantius enume raut sub auctoribus: q de singulis scriptauerūt. Primā fuisse dixit de p̄sis: cuius mentionē fecit Nicanor q res gestas Alexandri macedonis scripsit. Secūdam libycam: Cuius meminit Euripides i lamia: plogo. Ter tiam delphicam: de qua Chrysippus loquit in eo libro: quē de diuinatione composuit. Quartā cymeam i Italia: quā Neuius in libro belli punici Piso in ānalibus nominat. Quintam erythream: quaz Apollodorus erythreus suā affirmat esse ciuē. Eāq; graiis ilion petētibus uaticinatā: & perituram esse troiā. Et Homerum mendacia scripturū. Sextam famiā. De qua scribit Eratosthenes in ātiq; ānalibus famioz repperisse se scri ptum. Septimā Cumanā nomine amaltheam: quæ ab aliis Erophile uel Demophile nominat. Eāq; nouem libros attulisse ad regē Tarquniū Priscum: ac pro his trecentos philippos postulasse. Regēq; aspernatū pre cii magnitudinē derisisse mulieris insanīā illam in conspectu regis tres combussisse: ac p̄ reliquis idem p̄ciū poposcisse. Tarquiniū multo magis insanire mulierē putauisse: quæ denuo tribus aliis exustis: cū in eodem precio perseuerasset: motū esse regem ac residuos trecentis aureis emisse. Quoz postea numerus sit auctus capitolio refecto: quod ex oibus ciuitatibus & italicis & græcis præcipueq; erythreis coacti allatiq; sunt ro mani. Cuiusq; sibyllæ nomine fuerūt. Octauam hollespontiā: in agro troiano natam uico marmesso circa oppidū gergithium: quam scripsit Heraclites ponticus: Solonis & Cyri fuisse tēporibus. Nonā phrygiam quæ uaticinata sit Ancyra. Decimā tyburtē uel tyburtinam nomine Albunā: quæ tybure colitur. ut dæa iu xta ripas amnis amœnis. Cuius in gurgite simulachrū eius inuentū esse dicūt tenens in manu librū.

S ycabri prima cū. y. græco: sequēs cū. c. exili scribit. Sed apud græcos prima diphthongum habet ou: a qua nos. o. abicim^o & retinem^o. v. populi sunt germaniæ. De qb^o Marti. i. i. Crinib^o i nodū tortis uenere sycabri.

S icani prima cū. i. latino: sequens cū. c. exili scribit: fuerunt secūdū nōnullorum opinionem populi hispaniæ a fluuiio sicoride cognominati. Vnde & Lucanus inquit: Hesperios inter sicoris non ultimus amnis. Hi duce Sicelo ad Italiaz uenisse dicunt: eāq; tenuisse exclusis ab originibus. Mox ipi pulsi ab illis: quos ante pupu lerant: insulam uicinā Italiaz occupauerūt. Eāq; sicaniā qdem a gentis cognomine: siceliā uero a nomine duc cis uocauerūt. Et inde quoq; Italum regem uenisse: a quo Italia cognominatam fuisse dixerunt.

S icilia cū. i. latino utrobiz & c. exili scribit: insula est ad ultimū Italiaz: quam græci siceliā: uidelicet secūdā cū. e. uocali scribētes dicunt: quod latini in. i. cōuerterūt. Hæc ut Plinius in. iiii. naturalis histo. & alii fere oēs putauerūt historici: olim Italia cōiuncta fuit: sed terramotu agēte seu alia quauis ruina diuisa ea ps fuit ab Italia: undis intermediis sine requie fluctuantibus. Vnde & Virgilius in. iiii. aenei. ait:

Hæc loca in quondam & uasta cōuulsa ruina:
Tantum æui longinqua ualet mutare uetustas.

Disiulisse ferunt: cū p̄tinus utraq; tellus

Vna foret. & reliqua: quæ p̄sequit. Idem Lucanus in. iiii. cōfirmat. Hanc siceliā insulam pulchritudine de scripsit Thucydides de bello peloponesiaco libro. Cuius formā ut summatim dicamus triangularē posuit qn & ip̄os angulos totidē p̄montoria in extremitatibus suis cōficere dixit. E qbus ip̄a a poetis trinacria di cta fuit. Horum qdem unus in meridiē uergit: & pachynus dicit. Alius uero ad septētrionem spectat: & pe lorus uocat. Nec plus distat ab Italia q̄ mille qngentis passibus. Alius aut in libyam & occasuz tendit: atq; in ip̄am carthaginē maxime spectare uidet. Nec ab aphricæ litore plusq; centū uiginti milia passuum distare constat: uocaturq; lilybeus. & hi tres montes tria insulæ latera cōstituentes. Vnum qdē ad aphricā exponit reliqua uero duo latera uersus Italiam ip̄am coartantes insulā in peloz deducunt. Sane a sicilia siculus de riuat: paucioz. s. syllabaz q̄ primitiuū quod rarissime fieri cōtingit: cū in deriuatiuis additio fieri solet: ut pater paternus: mater maternus: hō humanus: roma romanus. Et raro aliter: ut ab hispania hispan^o: a lau inia lauinus: a sicilia siculus: & pauca alia. Nam de his loquor quæ sunt adiectiua.

S icyon prima cū. i. latino: sequens cū. c. exili & y. græco scribit: fuit teste Plinio in. iiii. naturalis histo. achaiæ

urbs in laconia: unde & laconia quandoq; sicyonia uocata fuit: Refertissima oliuetis: ob quod ait Virgilius
ii. georgi. Teritur sicyonia bacca trapetis. de qua Cicero in. v. de officiis. Aliam eodem nomine ostendit Plinius
esse in mari aegaeo insulam ex opposito ad epidaurum: quam altam esse & eminentem uoluit. Idem Iuue. in. iii. sa-
tyra cum ait: Hic alta sicyone. Vnde & haec sicyonia calciameti genus acceptum fuit. Lucanus:
Et pedibus leua sicyonia demit honesta.

Sycos cum. y. graeco & c. exili scribitur: uocabulum est graecum id significans quod ficum dicimus: & a nonnul-
lis ex poetis nostris antiquissimis teste Parthemio usitatum fuit: & Neuium rettulit dicentem: Hodie sycos
mihi recens fuit. Vnde & sycomorus ficus fatua dicitur: & lycophanta ficum comestor. Sed iam apud nostros
ficus cum. f. atq; i. latino scribitur: quasi a foecunditate dicatur. Et sic quoq; apud ceteros antiquos scriptum co-
perimus. Sane ut moderniores quidam gramaticorum putant: cum pro fructu quidem ponitur semper e quartae
tae: cum uero pro arbore secundae est declinationis: quae ambo contra rationem & antiquorum auctoritatem dicta
sunt. Nam in secunda quoque declinatione & genere masculino non modo apud poetas: sed apud oratores ap-
probatissimos ficus etiam pro fructu coperitur. ut Horatius in sine sermonum: Pinguibus & ficis pastum iecur
anseris albi. Plinius in. xv. naturalis historio. Culices uolant morsuque ficorum crebro: hoc est audidiore pastu ap-
unt ora. & similia in mille locis. Vnde & eius nepos in epistola ad Octauum Rufum: Quae nunc cum ficis &
boletis certamen nodum habent. Cicero de senectute ex tantulo grano fici. Quin & i genere masculino pro-
tulit ipse auunculus Plinius uariis in locis suae naturalis historio. & Macrobius ut clarissime ostendimus. Rursum
& pro arbore saepius quartae ponitur: ut idem Cicero de oratore dixit uxorem suam suspendisse se de ficu. Quaeque
& secundae etiam ponatur. ut Iuue. in satyra Omnibus in terris inquit: Ad quae discutienda ualent steriles mala
robora fici. Idem & Macrobius semper fere secundae declinationis utitur. Qui & plurimos ueterum usus fuisse
ostendit. At uero Priscianus uoluit pro fructu quoque & morbo tantummodo quartae esse declinationis: hocque
auctoritate Martialis dicentis in primo epigramatum:

Cum dixi ficus rides quasi barbara uerba:

Et dici ficos caeciliane iubes.

Dicemus ficus: quas scimus in arbore nasci.

Dicemus ficos caeciliane tuos. Ita ut quodlibet horum uersiculorum ponatur quartae declinationis praeterquam in
secundo: & per hoc ostendat Martialis secundum Prisciani expositionem uitium & fructuum quartae esse decli-
nationis: genere autem differre. Alii uero aliam dicunt Martialis fuisse scripturam: & frequentius sic haberi uidentur
Cum dixit ficos rides quasi barbara uerba:

Et dici ficus caeciliane iubes.

Dicemus ficus: quas scimus in arbore nasci.

Dicemus ficos caeciliane tuos.

Ita ut in primo quidem & ultimo uersiculo sit declinationis secundae: in duobus uero intermediis sit quarta. Nam
ut hi sic legentes aiunt: non risisset ille Martialem quod diceret ficus: cum certum ac manifestum esset non esse
barbarum: nec quod genere forsitan abusus fuisset: cum dicendo solum ficus non magis ad unum genus quam ad re-
liquum se contraheret. Sed certe ridebat illum alia declinatione usum fuisse quam debebat: ut etiam ex mutatioe de-
clinationis in secundo uersu apparet. In quo Martialis ad declinationem non ad genus respondet: cum ficos quod
barbarum & non reperiri Caecilianus uolebat: ipse Martialis dixisset & non ficus: quod latinum erat. At Martialis
utrumque posse dici & latinum esse ostendit. Et magis ioco quam serio ad solum morbum ficos rettulit: ostendens illum
adeo stolidum esse: ut negaret ficos reperiri: quo clarissimi auctores utuntur: & ficos hoc est morbum ad similitudi-
nem fructus appellatum: ipse secundo & quidem cum dolore gestaret. Itaque & latinum & usitatum esse. Quin & sic quarta
declinationis non posse etiam esse generis masculini ostendit. Ficus ergo cum secundae declinationis est & fructum
& morbum: ad cuius similitudinem assumptum est designare habet: quoniam & pro utroque generis est masculini: ut mul-
tis in locis ostendit Plinius. Vnde in. xvi. naturalis historio. ait: Fici mirabiles sunt & abortiuum quoniam nunquam mature-
scunt. Et in eodem libro. heladis inquit: Ficos sub folio quidem puos grossos uero supra folium nasci. Similiter Ma-
crobius grossi appellatur inquit fici: quoniam non mature scunt: hos graeci dicunt ολυβοιον. Et subdit in milibus
tot ficos non uidebitis grossum. At uero cum generis est foemini & declinationis secundae arborem tantummodo: ut
Plinius eodem libro. Magna inquit & radicem differentia copiosae fico: platano: robori: & subdit: Aliis recto me-
tu: ut lauro: olea: aliis flexuoso: ut fico. & infra subdit. Quidam breuitate radicem celeriter senescere arbores pu-
tant: quod coarguunt fici: quarum radices longissimae & senectus ocyssima. Cum autem quartae est declinationis fru-
ctum & arborem designare poterit: ac semper est generis foemini: ut idem Plinius in eodem libro. ficus inquit: sola ex
omni arborum foetu maturitatis causam meditantur. Sic Iuue. Si uis aliam decerpere ficum. Sed de ficulnea dubium
apud quosdam habetur: an ab antiquis usitatum fuerit uocabulum: quod nos usitatum coprimus: non solum in-
terpretatione Hieronymi cum in euangelio ait: Respice ficulneas & ceteras arbores. Sed in Plinio auctore pra-
stantissimo libro. xvi. natu. historio. ubi tractans de cura & usu foliorum inquit: bobus quibus & ficulnea: & ligna ex he-
dera tradentur: & ex harundine ac lauro. Reperitur similiter ficulus ficulna ficulnus adiectiuum esse: ut Horatius
Olim truncus eram ficulus inutile lignum. Et pro materiato ex ea arbore accipiendum est: ut a corylus columnus

Virgilius li. georg. iii. Pinguiq; in ueribus torrebimus exta columnis. a populus populnus: ab abies abiegnus. Plautus in casina: Sed mane dum num istac: aut populna fors: aut abiegna est tua. a quercu quernus. Virgili⁹ li. georgi. i. Sed tamen & quernas glandes tum stringere tempus. Ab ilice iligneus uel iliceus: Terentius in adelphis: Lectulos iligneis pedib⁹. Stati⁹ in. vi. thebaidos: Orniq; iliceaq; trabes metuendaq; succo Taxus. a falice salignus. Virgi. in eodem li. Et custos furum atq; auuū cum falce saligna.

Sycomoros cum. y. græco: & c. exili scribitur: dicitur a nostris sic⁹ fatua. Nam componitur ex sycos qui est fic⁹: & ωρῶς fatuus.

Sycophanta prima cū. y. græco: sequens cū. c. exili: tertia cū. ph. aspirato: ultima cum. t. exili scribitur: traducitur apud nostros calūniator: ad uerbum dici ficorū comestor φάγῶ enim est manduco: & phanta is dicitur qui edit: σῦκοῦσ. i. ficos. Sed quare calūniator dicatur: duabus id rationib⁹ fieri comperi. Vnam quod apud Synefium grāmaticum græcum. Alteram uero apud Pompeiū Festū. Prima est quod ex duob⁹ seruis græcis alter absumperat ficos: alter quis prorsus exedisset ignorabat: domino tamē conquerēte a fonte ifons ac cufabat: Herus prudentissimus utriq; calidam præbuit. Solus delinquens euomuit. Quid enim ieiun⁹ euo meret: nisi intestina. tunc primū natum est id uerbum sycophanta. i. calūniatur: quia in fontē falso crimine calūniabatur. Festus uero hac de cā sycophātas appellatos dixit atticos inquiring quōdam iuuenes solitos aiūt in hortos irrūpere: ficosq; colligere: quam ob cām lege est cautum: & cōstitutum: ut q id fecisset capite trun caref: quam poenam q persequerentur: ob puula detrimēta sycophantas appellatos.

Sidon cum. i. latino scribitur: urbs fuit: quam teste Iustino in. xviii. suorum epitomatū: phœnices cōdidere: qui terramotu uexati relicto patrio solo assyrium stagnum primo: mox mari pximum litus incoluere condita ibi urbe: quam a piscium ubertate sidona uocauerunt: eo quod tali nomine piscem phœnices uocent. Sed deinde post multos annos a rege ascaloniog: expugnati ciues nauib⁹ appulsi tyron urbē ante anum troianæ cladis cōdiderunt. De ei⁹ successu præfatus Iustinus psequitur. Sed ex his satis cōstat quare Dido ipsa sidonia nōnunq; a Virgilio cognominata fuit.

Sidus cum. i. latino scribitur: & latinum est uocabulū: ac a sido quod est fixus sio deductū puto. Nec illis credo qui græcum esse uolunt: & a σῦνοδέω: quod est cōmeo & conuenio tractum existimant: ita ut secundum illos cum. y. græco scribat: & sit plurium stellarum cōuentus. Nec aliis similiter assentior q græcum esse putantes ex σῦν componi dicunt: quod indicat simul: & εἰ δέιν uideri: quasi simul cōspectam ex plurib⁹ stellis formam indicet. Macrobius latinum esse dixit: & super somnū Scipionis ponēs differentiā inter stellas & sidus ita scribit. Nūc uideamus quæ sint hæc duo nomina: quorū pariter meminit Cicero cuz dicit: Quæ sidera & stellas uocatis. Neq; enim hic res una gemina appellatione monstrat: ut ensis gladi⁹. Sed sunt stellæ quædam singulares & erraticæ & certæ quæ nō amixtæ aliis solæ ferunt. Sidera uero quæ in aliud signum stellarum plurium composita feruntur: ut aries: taurus: andromeda: perseus: corona: & quæq; uariarū genera formarū in celo recepta creduntur. Sic & apud græcos aster & astrum diuersa significant: & aster stella una: & astrū signū stellis coactum: quod nos sidus uocam⁹. Hæc ille secūdū merā uocabulorū pprietatem expressit. Nam & quādoq; etiam p stella sidus ab auctorib⁹ positum legimus: ut apud eundem Ciceronē in eodem li. de uniuersitate inquit. Itaq; nesciunt hos siderū errores. Et li. ii. de natura deorum ait: Nam cum duo sint genera siderū: quorum alterū spatii imutabilibus ab ortu ad occasum cōmeans nullum unq; cursus sui uestigium inflectit: alterum aut cōtinuans cōuersiones duas: idem spatii cursibusq; conficiat. Quintilianus similiter in mathematico: Quid hæc inquit fulgentium siderum ueneranda facies: quod quædam uelut infixa: ac coherentia perpetua semelq; capta sedulo collucēt. Alia toto sparsa celo uagos cursus certis ematiuntur erroribus. astrum similiter a Virgilio pro unica stella positum fuit: quam in funeribus Cæsaris apparuisse dicunt: cum ait in bucolicis: Ecce dionæi processit cæsaris astrum. Fateor tamē nunq; stellā dici arietem: taurum: andromeda: perseum: sed sidus: unde est quod dicimus hibernū sidus. Et illud Quintiliani: Nos graue huius ani sidus affluit.

Siderites cū. i. latino utrobicq; & t. exili scribitur: lapis est ferro similis: a quo nomen assumpsit. Nam apud græcos σίδηρος ferrum dicitur.

Sylene cum. y. græco scribitur: ciuitas est in cōfinibus æthiopiæ & ægypti. Et teste Plinio in. ii. naturalis histo. supra alexandriam uersus meridiē quinquaginta miliū stadiorum. Ac ut scribit Macrobius li. ii. super somniū Scipionis directe locata est sub tropico æstiuo: id est sub cancro in extremo torridæ zonæ. Quare cuz sol ad cæcrū uenit in medio solstitii die supra uerticem ciuitatis cadens: nullam prorsus in ea umbram efficit. Quod Lucanus tetigit in. ii. cum ait: Vmbra nūq; flectente syene: hoc est per dies solstitii. Et subiunxit in. viii. Nā quis ad exultam cancro torrente syenem Ibit. Idē li. x. Cancroq; suam torrente syenem. & ut dixit Seruius in bucolico philosophi eo loco effodere puteum nimix altitudinis: quem sol radiabat recto intuitu octauo calendas iulias: quando ē in cancro.

Syla cū. y. græco & unico. l. scribitur: mons est lucaniæ & silua in illo sic dicta: quasi σῦρα. i. tracta: hoc ē latronibus frequētata. ut Salustius de fugitiuis in silua inqt syla fuerūt: de qua Virgi. li. xii. meminit.

Sylla cum. y. græco & duplicato. l. scribitur: de cuius orthographia in primo horū cōmentariog: li. mōstrauim⁹

fuit teste Salustio romanus nobilis: & ut nonnulli dicunt ex antiqua Scipionum familia. In adolescentia omnibus flagitiis inqnatã uitã duxit: hoc est usq; ad quæsturã: quã sub Mario adeptus est. In qua uitam omnes penitus cõmutauit. & ut dixit Valerius Maximus: catenas Iugurthæ manibus iniæcit: Mithridatez compescuit: foetialis belli luctus repressit: Cinnae dominatione fragit: & Marium q olim se quæstorem fastidierat: ipsam illam puinciam pscriptum & exulem coegit petere. Fuitq; litteris græcis & latinis doctissime eruditus: facundus: acer: astutus: gloriæ cupidus: sui securus: multarum rerũ & pecuniæ maxime largitor: aïo grandis: ita ut dicat Salustius dubitari potuit fortior an foelicior esset. Naz foelix eo dici uoluit: quod de inimicis marianis foeliciter ultus fuit. Et dictator inde effectus ita rempublicam suppressit: ut teste Cicerone in. v. uerri narum: nemo illo inuito nec bona nec patriam nec uitam retinere possit. Vltimo teste Plinio nepote de uiris illustribus ordinata republica dictaturam deposuit: & sub priuata uita se contulit puteolos. Qua de re Suetonio teste Iulius Cæsar dicere consueuerat illum litteras nesciuisse: quia dictaturam deposuisset. De quo in dictione plogus uidimus. Tãdem incidit in morbum ulcere in intestinis oborto. Quo tpe tanta pediculatorum: ut aiunt uis toto corpore eius manuit: ut nullo argumento cohiberi possent: atque hoc pacto mortem obiit.

- S**ilenus cū. i. latino & unico. l. scribit: prima tamen apud græcos habet diphthongum ei: quæ in. i. longã cõuerfa fuit: ut saepe fieri uidimus: fuit Bacchi nutrici q iam senex super asello sedens: Bacchuz p loca omnia sequebat. ut Ouidius primo de arte amandi:
Ebrius ecce senex pando silenus asello.
Vix sedet: & pressas continet arte iugas.
- S**yllaba cū. y. græco & duplicato. l. scribit: dici potest latine complexio. Nam compositum uocabulum est ex συν: quod est con: & λαμβάνω capio.
- S**yloson cū. y. græco & unico. l. scribit: fuit teste Herodoto li. histo. iiii. Samiorum tyrãnus.
- S**ilphii cum. i. latino scribitur: fuerunt teste Herodoto libro historia. iiii. populi libyci ab insula plateæ usque ad os syrtium protensi.
- S**ilarus cū. i. latino & unico. l. scribit: fluuius est campaniæ salerno propinquus: ita ut a fluuio existiment qdam oppidum ipsum nomen assumpsisse. Et ut ait Pli. i. iii. naturalis histo. campaniã a lucanis diuidit. In quo ultra surrhentũ: ut idem dixerat i. ii. non mō uirgulta: sed uolatilia lapidescunt. Alias potu salubres sunt aquæ eius. De hoc meminit Virgilius in. iii. georgi. cum ait: Est lucos silari circa.
- S**yllepsis cū. y. græco: & duplicato. l. scribit: dici potest latine conceptio. Nam componit ex συν quod est con: & ληψις acceptio: & tunc quoque fieri dicitur cum aut pluralis dictione singulari uerbo complectitur: ut Sunt nobis mitia poma Castaneæ molles: & pressi copia lactis. Aut cum pro multis unus ponit. Iuxta id Virgilii in. ii. ænei. Verũq; armato milite complent: milite dixit pro militibus. Item & pro uno multo: ut idem in viii. ænei. Vos o calliope precor aspirate canenti. Nam rectum fuisse: uos o musæ: & tu Calliope.
- S**yllogismus cū. y. græco & duplicato. l. & penultima cum. g. sequente. i. latino scribit. Est argumentationis species alias & diuersas sub se spēs detinens. De quibus omnibus late uidimus in commentariis dialecticæ: quæ nuper edidimus.
- S**ilua cum. i. latino scribit: atq; græcam originem habere deprahendit. Nam ὕλη latine materia dicit: quæ aspirationem primũ cõuertens in. s. ut in pluribus dictionibus fieri supra ostendimus: & non nihil mutatis litteris: ut. y. græcum in. u. nostrum & post. l. appositum: atq; in initio addito. i. latino resultat silua: idest materia: seu prima materia. Quintilianus libro. x. de institutione oratoria: diuersum inquit est eorum uitiuz q primo decurrere per materiam silo q̄uelocissimo uolunt. Et sequentes calorem atq; impetum ex tempore scribunt: hanc siluam uocant: repetunt deinde & componunt quæ effuderant. Sed uerba emendant: & numeri manent in rebus temere contextis: quæ fudit leuitas.
- S**yma cū. y. græco scribit: urbs fuit in asia: qn & pro monte iuxta pontum posuit Orpheus in argonautica.
- S**ymeon cū. y. græco & e. absq; diphthongo scribit: nomen fuit uiri pprium.
- S**imon cum. i. latino scribitur: fuit uir atheniensis coriarius & philosophus. Nam ut scribit Laertius quoties ad eius officinam perrexisset Socrates: atq; differeret omnia quæ meminisse poterat annotabat. Vnde & ipsius dialogos trigintatres uno eodem codice comprahendi dixit Idem auctor: cui cum Pericles si ad se pergeret polliceretur cuncta necessaria exhibiturum: respondisse fertur: fiduciam inquit uendere consilii non fuit. Alius fuit Simon qui scripsit rhetoricam. Alius item medicus Seleuci & Nicanoris necessarius. Alius sculptor.
- S**imilax cum. i. latino utrobiq; & unico. m. atq; unico. l. scribit: arbor est: quam teste Sextio latini taxũ dicunt Vnde Callimachus σι. υ. λ. α. κ. α. φ. ε. ι. π. ο. ν. τ. α. ζ. ω. α. Alii dicunt esse genus hederæ densis geniculatæ caulibus spinosis fruticosa ramis: folio: ceu hederæ paruo non angulosa: ac raticulo eminente: pampinos flore candido olente lilium. Fert racemos labruscæ modo non hederæ colore. hanc dixit Plinius. xvi. naturalis histo. omnibus sacris & coronis esse infaustam: quoniam sit lugubris uirgine eius nominis propter amorem iuuenis Croci mutata in hunc fruticem. Et subdit id uulgus ignorans plarumque festa sua polluit hederam

existimando sicut in poetis: aut Libero patre: aut in Sileno quis omnino nescit quibus coronarentur. Et sequitur ex simillace fiunt codicilli propriumque materiei est: ut admota auribus leuem sonum reddat. At uero de taxo arbor est teste eodem Plinio aspectu similis pino & piceae minime uirens: gracilisque & tristis: ac dira nullo succo. Et fert laetalem fructum baccas: quibus in hispania praecipue uenenum inest. Vasa etiam uinaria ex ea in gallia facta mortifera fuisse compertum est. haec ille. Reperitur & in insula cyrnes quae corsica dicitur dicente Virgilio in Noeri: Sic tua cyrneas fugiant examina taxos. atque idem in georgicis: Amant aquilones & frigora taxi. Dixit etiam praefatus Sextius esse in arcadia tam praesentis ueneni: ut si qui dormiant sub ea: cibumue capiant moriantur. Et subdit Plinius: Sunt & qui toxica hinc appellata dicant uenena: quae nunc toxica dicimus: quibus sagittae tinguntur. Et subdit: Repertum innoxiam fieri si in ipsa arbore clauus aereus adigatur. Et ut non longe supra idem dixerat auctor in europa sex genera cognatarum arborum feruntur pinus pinaster: quae eo teste nihil aliud est quam pinus siluestris: mira altitudine & a medio ramosa sicut pinus in uertice. Picea quae ut idem asserit montes amat atque frigora feralis arbor: & funebri indicio ad fores posita Quartum genus abies. Quintum larix: cui fere eadem cum abiete est facies: sed materia praestantior: & longe incorruptior: & odore acrior: nec alio modo ignis uel consumitur quam lapis. Sextum genus est tæda quae omnia amant montes: & perpetuo ut ait uirent: nec facile discernuntur in fronde.

- S** imichida cum .i. latino utrobique: & ch. aspirato scribitur: ponitur a Theocrito in bucolico pastor: quem expositores patrem fuisse Theocriti asserunt.
- S** ymmachus cum .y. graeco & duplicato. m. atque. ch. aspirato scribitur: nomen est uiri proprium: compositum ex sigma & ypsilon quod est con: & alpha & sigma bellator: & potest esse appellatiuum.
- S** ymmetria prima cum .y. graeco subsequente duplici. m. atque. t. exili & .i. latino in penultima scribitur: dici potest comensuratio. Plinius tamen melius inquit in .xxxiii. naturalis histo. Non habet latinum nomen: symmetria quam diligentissime custodiuit Lyfippus non incerta ratione.
- S** immias cum .i. latino utrobique: & duplicato. m. scribitur: fuit teste Laertio philosophus thebanus: qui uigintitres dialogos scripsit.
- S** ymbolum cum .y. graeco scribitur. Erat teste Iulio Polluce ad Commodum imperatorem de uocabulis rege paruū numisma. Vnde & signum a nonnullis traducitur. Qui & eusymbolum bonum omen interpretantur. Item & cum ex sigma & lambda: quod est confero deducatur. Quidam collationem interpretari uoluerunt. Ita ut coena illa dicatur collatio: in quam comparandam plures aliquid contulerunt. Symbola enim huius symbolae est collatio: iuxta quod forsitan locutus est Terentius cum ait in andria: Symbolum dedit. i. iudicio meo portionem suam contulit: uel symbolum dedit id est signum dedit: ut anulum uel aliquid tale quo usque pecuniam conferret.
- S** imethus cum .i. latino & th. aspirato scribitur: fluuius est siciliae: haud longe ab urbe catinensi: iuxta quae Thalia siue ut alii uolunt Aetna nympha loui palifcos peperit. De quo sane fluuio meminit Ouidius li. pastorum iiii. cum ait: Quaeque simetheas accipit aequor aquas. Et Virgilius in .ix. aeneidos: Eductum martis luco simethea circum flumina.
- S** imposu: prima cum .y. graeco scribitur. Et apud nos teste Cicerone honestiore uocabulo: magisque accurately conuiuium dicitur.
- S** ymphoniam prima cum .y. graeco scribitur: dicitur a nostris consonantia. Nam componitur a syn quod est con: & phi & alpha uocalitas. Et inde symphon consonatus: ut Iuuenalis in satyra Credo pudiciciam: Micturunt hic Effigiemque dea longis symphonibus implent: id est diutius: & iugibus sonitibus urinae. Nam est in mictura foeminae quaedam uniformis consonantia.
- S** ympho cum .y. graeco scribitur: apud graecos uero per additionem. n. definit: sonitus quidam est cum consonantia: ut in praecedenti dictione uidimus.
- S** ympinium prima cum .y. graeco: sequens ac penultima cum .i. latino scribitur: uas est non dissimile cyatho in sacrificiis continens libabile: ut dixit Festus: & componitur ex sigma & ypsilon: quod est con: & alpha & iomega bibo: de quo Iuuenalis in satyra Credo pudiciciam inquit: Et quis tunc hominum contemptor numinis: aut quis Sympiniū uidere numae: nigrumque catinum. Sane secunda syllaba quam .i. latinum continere diximus potest illud more antiquorum in .u. conuertere ac dici symponium: ceu optimum. p. optimum lubens. p. libens & similia.
- S** ymplegades cum .y. graeco scribitur: sunt teste Plinio in .iiii. & .vi. natura. scopuli: uel secundum Pomponium in secundo duae insulae helleponticae contra thracium bosphorum mille quingentis passibus ab europa distantes: quas nonnulli ex poetis nostris etiam cyaneas uocauerunt: ut in ea dictione uidimus. Has Ouis in .xv. metamor. li. mobiles primū fuisse: sed postea immobiles factas dixit: Timuit concursibus argo Vndae sparsas symplegadas elisage Quae nunc imotae perstant uentisque resistunt.
- S** imois cum .i. latino utrobique scribitur: ultima tamen apud graecos habet. ei. diphthongum: quam nos conuertimus in nostrum .i. productum: & format genitiuum simoentis cum .o. & .e. diuisis: ut Virgilius in primo aeneidos: Alma uenus genuit phrygii simoentis ad undas. Nam diuisa diphthongo ei quae est in ultia resti: & interpositis. n. & .t. ac in fine addita. s. ipsum formamus genitiuum. Similiter in accusatiuo simoenta: ut id est in .v. aeneidos.

Victor apud rapidum simoenta. Et in eodem libro: Hecstoreos amnes xanthum: ac simoenta uidebo: p que modum & Homer^o ipse declinauit. At Hesiodus non simoenta: sed per synaresim simunta dixit in theogonia cum ait θειον σιμοοντα: hoc est diuimum simoenta cum. ce. coiunctis. ut libet illam diphthongum. ou aliquando in. oe. traducere: ut in antehabitis uidimus: & est fluuius ex ida troiano monte scaturiēs: iuxtaq troiam decurrens: qui cuz mari appropinquat: xantho commisceat: & in paludem coactus iuxta figazū promontorium in mare descendit.

S imoefius cum. i. latino utrobique: & .oe. diuisis syllabis scribitur: fuit troianus Anthemionis filius: quez ideo sic uocatū dixit Homerus in. iiii. iliados: quod eū mater cū ab ida descenderet: & pecora ad parentes reuifenda deduceret: ad ripam simoentis peperit: eum deinde ætate florentem: nec dum uxore fortitū: ut dixit Homerus Ajax Telamoniū interficit.

S ynaresis prima cum. y. græco: sequens cum. æ. diphthongo scribitur: figura est qua plura per unum coniunguntur. Nam componitur a σύν: quod coniunctionem indicat: & ἀρῆσις diuisio: quasi diuisorum coiunctio: quod tam in græcis q̄ latinis dictionibus facere consueuimus. In græcis quidem ut Panthus pro panthous: Alcinus pro alcinous: Demophon pro Demophon: Laocoon: pro laocoon. In latinis uero maxime in genitiuis secundæ declinationis facimus: qui cum sæpe in duo. ii. terminentur: a poetis nostris in unum coiunguntur: ut Virgilius in Tityro: Nec spes libertatis erat nec cura peculi. In eodem Pauperis & turguri p turguri. Idem in. iiii. georgicorum: Florentem studiis ignobilis. otii pro otii. Idem in primo æneidos: Hic tamē ille urbem pataui: pro pataui. Iuuenalis in satyra Omnibus in terris: Antoni gladios potuit continere: pro Antoni. Similiter dicif bigæ pro biugæ: quadrigæ pro quadriugæ. In quibus unuz. i. primū abiicitur: & per synaresim alterum. i. & .u. in unicum solum. i. conuertuntur: ut similiter bini pro biuni: derit in scanfione pro deerit & similia. Sicuti econtrario per aliam figuraz nōnunq̄ dicimus fieri pro firi: amariet pro amari & similia.

S ynagoga cum. y. græco scribitur: dici potest coadunatio: quæ & pro re & loco accipitur. Nam componitur ex σύν: quod est con: & ἀγωγή ductio.

S ynalepha prima cum. y. græco: penultima cum. ce. diphthongo scribitur: dici potest compressio. Nā componitur ex σύν: quod est con: & ἀλοιφή pressio. Et est cum uocalis aliqua in fine dictionis per subsequetes uocalē abiicitur in metro: ut Semper ego auditor tantum: & in mille aliis locis.

S ynanche cū. y. græco & .ch. aspirato scribitur: dicitur a nostris angina: ut Plautus: Vellem me in anginaz uerti ut huic auiculae fauces præoccupare. Nā componit ex σύν: & ἀγχω: quod ē affligo: angō: suffoco. Vnde & morbus est q̄ spiritum suffocat.

S yncopa cum. y. græco & .c. exili scribitur: dici potest latine concisio. Nam componitur ex syn quod est con: & κόπω incido. Et est figura quando littera uel syllaba in medio dictionis uel cōsonatiæ uel metri cā abscindit: ut forsan pro forsitan: cōpostus p̄ compositus. Virgi. i. i. ænei. Compostus pace quiescit. Porgite p̄ porrigite: ut Et pocula porgite dextris.

S ynathegorematica prima cū. y. græco: & tertia cū. th. aspirato: reliqua oīa sine aspiratione scribunt: & traducif a Prisciano li. ii. dum de oratione p̄tractat. i. cōsignificatiua.

S ynchesis cum. y. græco & .ch. aspirato: atq; .e. sine diphthongo scribitur: dici potest a nostris cōfusio. Nam σύν dicit con: & χέσις fusio. Estq; Donato teste hypbatum undiq; confusum: ut id Virgilio in. i. ænei. Tris nothus abreptas in saxa latētia torquent: Saxa uocant itali mediisq; in fluctibus: latētia itali uocant aras. Item i. ii. luuenes fortissima frustra Pectora si uobis audētē extrema cupido Certa sequi quæ sit rebus fortuna Videtis excessere adytis oēs arisq; relictis Dii quibus imperium hoc steterat succurritis urbi Incensæ. Ordo est o iuuenes fortissima pectora frustra succurritis urbi incensæ: quia excessere dii adytis: unde si uobis cupido certa est sequi me audētē extrema: & reliquæ: quæ Seruius: & latius Macrobius p̄secuti sunt.

S ynchon cum. y. græco & .ch. aspirato scribitur: dici pōt a nobis cōtinens. Nam componit ex σύν: quod est con: & ἔχω habeo.

S ynciput cum. y. græco scribitur. Nam ut nonnulli uolunt ex σύν præpositione græca componit: quæ con & simul indicat: atque caput dictione latinaz ita ut ea pars simul caput esse dicatur. Estque anterior pars capitis: occiput posterior.

S ynecdoche prima cū. y. græco: sequens cum. c. exili ante. d. ultima cū. ch. aspirato dici pōt cōceptio: a Cicerone uero in dignitatib⁹ dicif intellectio: & ē figura cū a pte totum uel a toto ps intelligit. a parte q̄de totū ut Flāmas cum regia puppis Extulerat. i. regia nauis. A toto uero ps: ut Quāmultæ glomerant aues ubi frigidus ānus Trans pontum fugat. i. frigida hyems.

S ynodus cū. y. græco scribitur: dici pōt a nostris cōuentus. Nā cōponit ex σύν quod ē con: & ὁδός uia: & a cōuentu fit cōuenticulū: ut Cicero p̄ Sextio: Cōuenticula inq̄ hoim: quæ ciuitates nominarūt.

S ynecius prima cum. y. græco: penultima cum. i. latino scribitur: nomen est uiri pprium deducū a σύνεσις quæ est conscientia.

- S** yngraphū cum .y. græco & .ph. aspirato scribit̄: dici p̄t secūdum litteram ip̄am conscriptio. Suetoni^o li. i. Non dubitauit a quibusdam iusiurādum: atq; etiam syngrapha exigere.
- S** ynonyma cum .y. græco utrobic; scribitur.
- S** inopes cū .i. latino scribit̄: fuit teste Orpheo in argo. ciuitas iuxta pontū: quā Pomponius dicit eē in cappadocia: & a. L. Lucullo romano subacta ip̄erio. Eadē teste eodē Pomponio in .i. fuit Diogenis patria.
- S** inopis cum .i. latino utrobic; scribit̄: terra est rubea: quā teste Plinio in .xxxv. naturalis histo. iuenta ē primū in ponto: & nomen a sinope urbe assumptū.
- S** yntaxis pria cū .y. græco: sequens cū .t. exili: ultima cū .x. consonāte: atq; .i. latino scribit̄: dici p̄t a nostris cōstructio & series. Nā cōponit̄ ex syn quod est con: & Τετρω ordino: unde Τετρισ: quæ series ē & ordo.
- S** ynthesis cū .y. græco i prima: & .th. aspirato i sequēti scribit̄: dici p̄t a nostris cōpositio. Nam componit̄ ex syn: quod est con: & ἑστis positio. Et est figura cū singulare nomen multitudinē designās: cū uerbo plurali cōponitur. Virgi. in .i. aenei. Pars in frustra secant: uerubusq; tremētia figunt. Quidius in heroidibus: Turba ruunt in me luxuriosa proci.
- S** yphax cū .y. græco scribit̄ a græcis: quoq; scriptura nos & in barbaris sequi debemus: fuit numidag rex: de quo Lilius li. iiii. de secūdo bello punico: & aliis in locis loquitur.
- S** iphnos cū .i. latino scribit̄: insula est in mari ægæo. In qua teste Herodoto libro histori. iiii. argentifodina: & aurifodina: multa erant.
- S** yracusa p. y. græcū: & duplex. r. a græcis scribit̄: nos uero q primā corripimus cū unico. r. scribimus: ut plures etiam ex illorū poetis cōsueuerūt. Virgi. in bucolico: Prima syracusia dignata est ludere uersu. urbs est siciliæ sub pachynno monte sita. Quā pulcherrime descripsit Cicero li. uerrinag. vi. Florus uero in li. ii. sic de syracusis breuissime inquit: longe illis triplex murus totidēq; arces port^o marmoreus fons celebrat^o arctusa: quæ hæcenus eis p̄fuere: ut pulchritudini uictæ urbis parceret.
- S** irenes prima cū .i. latino scribit̄: licet apud græcos sit ei diphthongus: quā in .i. p̄ductā: ut in multis uidim^o cōuertimus: deduciturq; ab ἴρε: quod est cōnectere & retinere. Cuius aspiratio ut sæpe fieri uidimus i. s. cōmutata fuit. Et fuerūt ut dicūt poetæ tres acheloi fluminis filia: ex Calliope musa. Hæ ifulas quæsdā iuxta pelorum inter siciliam & italiā habitasse scribūtur. Quod Ouidius etiam tetigit in .xiiii. metamorpho. dū Aeneæ transitū describēs inquit: Terrasq; calenti Sulfure fumātes acheloiadūq; reliquit Sirenū scopulos. Quod Claudianus poeta ifignis clarius ostēdit: ac latius in li. de raptu Proserpinæ. Hæc una uoce teste Seruio sup. v. aeneidos circa finē: alia tibiis: alia lyra canebat. Sed tanta dulcedine cant^o transeūtes nautas afficiebant ut sopirent^o: quos cū sopitos p̄sentisceret: submergebāt & deuorabāt. Quare cū iuxta illas transitur^o esset Vlyxes: admonit^o a Circe sotiog; aures cara obturauit: & ipse se ad nauis malum ligari iussit: atque sic quoq; transiuit illæsus. Quod illæ grauiter ferentes: & ira successæ ac dolore cōmotæ se præcipitauerunt in fluctus: quod Iuue. tetigit in satyra Neuola: quādo apud illū ait Neuola: Nam p̄ me fortuna rogat: Affigit caras illa de naue petitas: Quæ siculos cant^o effugit remige surdo. Quod iō dixit Neuola: quæ cū pag; supra uellet fortunā p̄ diuitiis postulare intendēs dicere: o quādo ero diues: quodā oiminali uerbo p̄fecto non dixit diues: sed dixit quādo ego pauper ero: quod ille in malū omen assumens: inquit deinde: Nam p̄ me fortuna rogat. & reliqua. Has sane syrenas dixit Ouidi. in .vi. metamorpho. comites fuisse Proserpinæ cū rapere a Plutone. Et tres fuisse dicunt^o: una nomine Parthenope: alia Leucosia: tertia Ligia.
- S** irius cū .i. latino utrobic; scribit̄: apud græcos quoq; est. ei. diphthog^o i prima: quæ in .i. nostrū cōuersa fuit ut sæpe fieri uidim^o: & ut quibusdā placet a σείω qd̄ ē moueo: uel ut aliis magis uidet̄ a σείπω qd̄ ē sicco deriuat̄. Et dicit̄ stella quæsdā: quæ a nōnullis qdem ponit̄ i fronte cælestis canis: ab aliis uero i ei^o ore. Oriturq; in uigesimonono gradu crancri: hoc ē circa mediū mēsem Iulii: & circa mediū Septēbris occidit. uel ut aliis placet ante id tps̄ influxum amittit. Nā i eo tpe intermedio oīa cōmouet atq; pturbat: dicente Plinio li. ii. naturalis histo. sentiri ex ei^o ortu effect^o maxios in terra. Et quæ ē de natura Martis hoies nimio solis ardore fatigat. Ideo dixit Iuue. Sirius ardet. Quin & tūc quoq; feruent maria: in cellis uina mouent^o: herbae arefcunt. ut Virgi. in .iii. aenei. Tū sterile exurere sirius agros. Canes eo tpe maxie agitant^o in rabiē. Et ut idē ait Virgi. in .x. aenei. Ille sitim morbosq; ferens mortalibus agris Nascit̄: & leuo contristat lumine cælū. Sane uoluerūt nōnulli a uerbo σύρω: quod ē traho deductum fuisse cū ut dicūt ex magnitudine signi longū tractū habere uidet̄: uel quæ oīa ad se trahit. Quæ utiq; etymologia orthographiæ nō correspondet: quæ tūc quoq; p. y. græcū scriberet̄: quod nūq; apud illos cōpertū fuit. Nec longū h; tractū sirius: sed signū totū: quod canis dicit̄ magnū ē. In quo teste Ptholemao stellæ sūt. x. & octo & extra corpus. xi. Verū hunc canem fuisse Icarī a messoribus trucidati ostendit Ouidi. li. fastog. iiii. cū ait: Est canis icarium dicunt quo sidere moto: Tosta siti tellus præripiturq; seges. Et tūc quoq; canē occidere: Virgi. cū solē taur^o gerit: ait enī i. i. georgi. Candidus auratis aperit cū cornibus anum Taurus: & aduersus cedens canis occidit astro. Nam tūc quoq; ob solis splendorem uideri nequit: & cū communis sit generis canis diminutiū canicula tantūmodo foemini comperitur.

- S**yrma cuius y. græco scribitur: & est generis neutri: poniturque p. cauda: hoc est tractu uestis foeminae: & a $\sigma\upsilon\rho\omega\varsigma$ quod est traho deducitur. Vnde ait Seneca de baccho: q. habitu muliebri nonnunquam se ornabat: Auro decorum syrma barbaricum trahit: ut uidimus in dictioe Bacchus. Iuxta quod & ipsius syrma aliquando p. longa tragicæ orationis serie tenore suum usque in ultimum trahens ponitur. Iuxta quod dixit Iuuenius in satyra Stemmata quod faciunt cum Neronis meminit: Gaudentis fædo peregrina ad pulpita saltu Prostitui graiaque apium meruisse coronæ Et subdit: Ante pedes domiti longum te pone thyesta: hoc est longa de Thyeste tragicædiæ: ob quam apium graia pmeruit coronæ. Et pgit dicens syrma uel Antigones: hoc est uel longum scripturæ tractum de ipsa Antigone ab illo recitando pductum: ut idem in satyra: Quis nescit uolulus. Iuxta hanc eandem sententiam ait: Nam scelus a pyrria quæque omnia syrmata uoluas: Nullus apud tragicos populus facit. hoc est quæque longa tragicædiarum uolumina legas: nullum cõperies populum hominem comedisse: ut ille de quo illic loquitur. Similiter Valerius in phormione: ut rettulit Priscianus i. vi. inquit: Quid hic cum tragicis uersibus & syrma facis: ubi dixit syrma p. syrmate.
- S**yrtis cuius y. græco & t. exili scribitur. Sane cum i. ultima sit ei diphthongus: nonnulli ex nostris abiicietes. i. retinet e. & dicunt syrtes. Alii uero abiiciunt. e. & retinet. i. Vel ut alii putant totam diphthongum in. i. nostrum cõuertunt & dicunt syrtis. hoc est hæc syrtis & has syrtis: ut uoluit Priscianus in. vii. Induciturque Virgilius dicentem i. x. ænei. In syrtis in saxa uolens uos turnus adoro. At in prius ut in emendatis codicibus semper aspexit in es finit cuius ait: In breuia & syrtes urget miserabile uisu. Et sunt loca quædam maris periculosa circa fines aphyricæ uersus ægyptum: a $\sigma\upsilon\rho\epsilon\tau\upsilon$: quod est trahere cognominata: ut Placuit Salustius in iugurthino. Estque in eis teste Plinio li. vi. naturalis hist. inæqualitas magna maris & terræ: & i. uno quodam loco profundissima sit aqua. In alio uero undosam: nec in eodem statu permanet. Nam spirante uento quod modo cumulus & supra mare fuerat: in profundissimas residet ualles: & quod deprimebat in ualles nunc supra aquas aggerit. Suntque loca hæc duo in aphyrica & maiores faciunt syrtes ac minores dicente Ouidio li. ii. de sine titulo: Quo lateant syrtes magna minorque situ. Et teste Solino ducentorum quingenta milium passuum interuallo separant. Estque minor aliquanto clamentior: quæ teste Polybio distat a carthagine trecentis milibus passuum: atque totidem ambibus. Maiores uero ambitu quædringentorum uiginti quingentorum milium passuum cõmensurant. Inter unam uero & reliquam spatium est ducentorum quædringenta milium passuum. Vnde & teste Seruio sup. x. ænei. id fieri cõtingit: ut ibi arenosa sint in mari loca syrtes uocentur. Sed de præfatis syrtibus plura loquitur Lucanus in. ix. sua pharsalia libro.
- S**yrta prima cuius y. græco: & sequens cuius i. latino scribitur: regio est asie quæ ab oriente fluuio euphrate: ab occidente nostro mari & ægypto terminatur: a septentrione uero hæc armeniæ & cappadociæ: a meridie autem sinu arabicum
- S**yringia prima cuius y. græco: & sequens cuius i. latino scribitur: fuit arcadiæ nympha a Pane ardentem amata: quæ teste Ouidio in. i. metamorpho. se spernetem cum Pan cupide sequebat: & illa fugiens ad Ladonem fluuium perueniret: & fluuio impedita non amplius effugere posset: uocato aliæ nympharum auxilio in palustres canas cõuersa est: quas cum Pan excideret ex septem calamis in amoris solatium fistulam primus sibi cõfecit. ut Virgilius in corydone: Pan primus calamos cæca cõiungere plures Instituit.
- S**isyphus prima cuius i. latino: & penultima cuius y. græco scribitur: fuit teste Homero li. vi. iliados: Acoli filius: hic isthmion: hoc est stricturam illam terræ: quæ inter mare ionium & ægæum consistit: latrocinium occupabat: Ita ut Autholiam Autholii filiam Laerta desponsatam cum ad maritum duceret: ut quidam dicunt: uel ut alii asserunt ad oraculum Apollinis cõsultura accederet latrocinio cæperit. & ut multi crediderunt grauidauit: ex qua tunc natum Vlyx uoluit. Quod Aias illi exprobauerit apud Ouidium li. xiii. metamorpho. quando ait: Quid sanguine cretus Sisyphio: furtisque & fraude simillimus illi Inferis æacidis alienæ nomina gentis? Tandem occisus Sisyphus a Theeo apud inferos traditur: & hæc pœna afficit: ut græde saxum supra montem portare coactus cum ad apicem deduxerit: continuo ad ima relaxetur: dicente Ouidio in. xiii. metamorpho. Aut petis Aut urges rediturum Sisyphæ saxum. Et Seneca in Hercule furente: Ceruice saxum grande Sisyphæa iacet.
- S**ystole cuius y. græco: & t. exili scribitur: dici potest correptio. Nam figura dicitur: cum longa syllaba cõtra eius naturam corripitur. Virgi. in. i. ænei. Cõnubio iungam stabili ppriaque dicabo. Vbi nunc breuè posuit: quæ naturaliter longa est. Nam alio in loco longam posuit: ut in. iii. ænei. Hectoris andromache pyrrihi cõnubia seruas. Ideque in. iiii. Cuique loci leges dedimus cõnubia nostra reppulit. & i. eodem: Nomadumque petam cõnubia supplex?
- S**isamus cuius i. latino scribitur: teste Homero in. ii. iliados: urbs paphlagonia.
- S**ithonia cuius i. latino & th. aspirato scribitur: pars est litoralis macedoniæ citra athon uersus thermopotum: habetque teste Herodo. li. vii. historiæ: ciuitates toronem: galipson: sermylen: macybernâ: & olynthon. In eadem mons est sithon quæ maxime niuosus: de quo Virgi. i. ultia ægloga: Sithoniaque niues hyemis subeam aquosæ. In hac eadem locus est dictus $\kappa\upsilon\rho\omega\varsigma$. i. canis: ubi Hecuba cõuersa i. canem: Veterumque diu memor illa malorum: ut ait Ouidius: Tum quoque sithonios ululauit mæstra p. agros.
- S**itula cuius i. latino & t. exili scribitur: nec uerbum est græcum: ut quidam uoluerunt sed latinum: & a sorte ut asserunt nomen accepit. Nam cistram illam designat: qua sortitio suffragiorum accipitur. Plautus i. casina: Sortitio illa i. situla.

Nec in diminutio sitellam: ut nonnulli asserunt: sed cistellā a cista deductam semper legimus. Cicero de natura deorū li. i. Vt igitur T. Gracchum cum uideor concionatē in capitolio uidere de M. Octauiano defertentem cistellam. Nam in illam suffragia. i. uoces suas de approbanda lege ponebant: aut quid simile. Solitum autem erat afferri cistellam cum lex ferenda esset. Quod ostendit Cicero cū ait in rhetoricis ad Herennium. Cum L. Saturnius legem frumētariam de semissibus & trientibus laturus esset. Q. Cepio quod ipse quæstor urbanus erat: docuit senatum ararium pati non posse largitionē tātam. Senatus decreuit si eā legē ad populum ferat aduersus rempublicam uideri ferre: cum uiris bonis legem cœpit: collegæ intercedere. Ille nihilominus cistellam detulit: Cepio ut illum cōtra intercedentibus collegiis aduersus rempublicā uidit ferre cum uiris bonis impetum fecit: pontes disturbat: cistellas deiecit: Impedimēto est quo secius ferat: accersitur maieftatis & reliqua. Liuius in. iiii. ab urbe: Testibus datis tribuni populū summouerūt. Cistellaque lata est ut fortirentur: ubi laturi suffragium ferent.

Smerdis cum. m. post. s. in prima: & in ultima cū. i. latino scribitur: fuit Cambysæ regis frater: quem cū Cambyses in somniis uidisset regio throno sedentē metuens ne regnum occuparet occidi iussit. Cæterū: dum diuitiis in ægypto Cambyses moram traheret: Patizites quidam magus: quem rebus suis præfectum domi reliquerat: Smerdim fratrem suū simile Smerdi fratri Cambysæ regem declarat. Quem deinde Darius Histaspis filius coniuratione facta cum nonnullis perfarum nobilibus trucidauit: & ipse perfarum rex creatus fuit: ut Herodotus in. iiii. histo. scripsit: ut nos supra uidimus in dictione Darius.

Smyrna cū. y. græco scribitur: urbs ē minoris asiæ: quā fluius meles circūfuit. hanc teste Herodoto i uita Homeri Theseus thessalus in monumētum uxoris suæ: quæ Smyrna uocabat cōstruxit.

Socro cū. c. exili scribitur: fuit troianus Hippasii filius generosus aiō & corporis dignitate: hic teste Homero magno aiō Vlyxem uulnerauit: sed ab eo ipse deinde interfectus est.

Socrates absque aliqua aspiracione scribitur: fuit atheniensis philosophus clarissimus: ex pago alopecensi: filius Sophronisci marmorarii: & Phanaretæ obstetricis. Fuitque ut quidam ferunt Anaxagoræ primum auditor: postea Archelai: cui in schola successit. Et cū ante illum philosophi oēs rebus physicis perscrutandis operā tantū modo impenderent: ipse ut quidam putant tedio rege obscuræ & incertarum fastidiēs res obscuras: physica potestergauit: & ad aliqd pbatū & certū cōperiedū: quod beatæ uitæ necessariū foret: aim applicauit. Itaque prior teste Cicerōe i plōgo qnti tusculanæ libri philosophiā euocauit e cælo: & i urbibus collocauit: domosque intro duxit & coegit de uita & moribus rebusque bonis & malis quærere: quod ut scribit Solinus nō solū consensu hoim: uerum etiā Apollinis oraculo fuit sapientissimū iudicatus. Fuitque orator pmpus & acer. Et primū teste Favorino cū Aeschine discipulo oratoriæ artis campos aperuit. Fuitque etiā illi cura corporeæ exercitationis atque erat præclari habitus: ut dixit Laertius. Militauitque quādoque & Xenophontē ab equo deiectum in prælio facto in delo uiriliter suscipiens saluū reddidit: fugientibus atheniensibus uniuersis in bello nauali uicit. Victoriæque Alcibiadi: quē ipse teste Aristippo suis manibus armauerat: de cuius morte uidimus i dictione anytus. Reliqua latius in Diogene Laertio legere poteris. Fuit & alius Socrates thebanus uir diues & nobilis: quæ paupertatis amore: quam multū dilexit: rem familiarem largam & uberē donauit populo. Arbores plurimas & fructiferas spreuit: unico contentus baculo quo infirmitatē sustentabat humanā. Alius fuit historicus: qui argos diligenter descripsit. Alius epigramatū poeta. Alius Couis quæ interpretatiōes & iuocationes scripsit.

Solymsi secūda cum. y. græco scribitur: fuerunt populi iuxta lyciam: quos Homer⁹ li. iliados. vi. pugnacissimos fuisse dicit: & a Bellerophontē deuictos. Et li. v. odyssæ: ostendit idem Homerus etiā in montibus habitasse cum ait: τῆ λοβεν ἐκ τὸ λυμῶν ὄρε τῶν. Vnde & Cornelius Tacitus cū de iudæorum origine opinionem ait. Alii clara iudæorum initia solymos carminibus celebratam Homeri gentem conditam urbem hierosolymam nomine suo fecisse. Vnde Iuuenalis in satyra Credo pudiciam inquit: Interpreter legum solymarū. Similiter Martialis in. vii. Linges non mihi nam pba & pusilla est. Sed quæ de solymis uenit perustis dānatā mō mētulam tributis. & declinat urbs: hæc solymæ solymaræ: & hierosolymæ hierosolymarū: quæ & hierosolyma hierosolymæ: unde hierosolymitanus.

Solon cū unico. l. scribitur: fuit unus ex septem sapiētibus græciæ Execestiadæ filius: patria salaminus qui teste Gellio li. xvii. noctiuu atticarum: athenis claruit regnate Tarquinio Prisco romæ. de illo Plato in primo Timæi inquit: Memini Critiam doctissimum oim doctrinæ dixisse plane Solonē uideri non solum prudentia cæteris laude dignis: sed etiam carminibus præstitisse. Et si sermonē quem ab ægypto reuersus instituerat impleisset: a quo quidem seditionibus cæteraque intēperie ciuili diffensionis impediēte desciuit: opinor nō gesserat ciuitas athenarum: cuius memoria extincta est: tam illorum morte quæ gesserant: quæ impendio tēporis lassioris. Idem teste Aristotele in. ii. politicorum libro dedit atheniensibus leges cum tanto temperamēto cōpositas: ut dixit Iustinus similiter in secundo: quod patrem gratiam a senatu & plæbe cōtraheret: quæque plæbs & senatus in summa prius essent diffensione. Et ut dixit Valerius de ingratis: Si illis athenienses perpetuo uti uoluissent: sempiternum habituri fuissent imperiū. Idem cum oim hoim ac oraculi iudicio sapientissimus haberetur: indulisse scribitur iuno.

- S**olœcismus cum unico. l. sequente. œ. diphth. & c. exili atq; i. latino scribitur: dicitur uitiosa uerborū compositio: ut inter nobis p inter nos: uel date ueniam sceleratorū p sceleratis. Et ut ostēdit Gellius li. v. noctū atticarum: ab Asinio Capitone: & eiusdem ætatis aliis imparilitas est appellatus. Vetusioribus uero latinis scribiligo dicebat a uersuta uidelicet: & praua compositione tortuosæ orationis: tanq̃ sterobiligo quædam Quod uitium Asinius Capito in litteris: quas ad Clodium tuscū dedit hisce uerbis diffiniuit. Solœcism⁹ ē inquit impar & incōueniens compositura ptium orationis. Vnde ait Iuue. in satyra Credo pudiciam: Solœcismum liceat fecisse marito. Et translative Martialis in epigrāmatibus inquit: Sæpe solœcismum mētula nostra facit. Et teste Laertio nomē hoc a Solone cōtraxit: q̃ cum i cilicia urbem a suo nomine soloen cōderet & paucos in ea atheniēsiū habuerit tractu temporis cum patriam uocem corrumpent: & incōuenienti patriū cōpositura loquerent: factum ē ut qui simili uitio aliquādo peccassent: solœcizare dicerent. Quo tamen uocabulo teste Gellio qui elegantius locuti sunt usi non fuerūt. Ita ut de se dicat: nos neq; solœcismū neq; barbarismum apud græcorū idoneos adhuc inuenimus. Nam sicut barbaron: ita solœcon dixerunt. Et subdit: nostri quoq; antiquiores solœcon facile solœcismō haud scio an unq̃ dixerit. Quod si ita ē inquit ille: neq; in græco neq; in latino solœcismus pbe dicitur.
- S**omatopœia media cū. t. exili: sequens cū. œ. diphthongo scribit: dicitur ad uerbum corporis factura: id est σωματοστρον. Et est figura cū incorporeum mō corporeo loqui introducitur.
- S**ophocles cū. c. exili scribitur: fuit atheniēsis poeta tragicus & clarissimus: de quo plures ex nostris uaria & magnifica scripserunt. Quem Cicero diuinum poetam libro. i. de diuinatione uocauit. Ex quo Virgilius Augusto alludēs in bucolico ait: Sophocleo tua carmina digna cothurno. hūc primū ex poetis græcis didici a uero clarissimo Isidoro græciam nūc sanctæ romanæ ecclesiæ cardinali rufficeni cognominato.
- S**ophista cū. i. latino & t. exili scribitur: nomen ē deriuatiuū a sophos: q̃ est sapiens: quasi æmulator sapientis. Nōnunq̃ etiā & p sophia. i. sapientiæ calūniatore accipit. Quin & p apparente: ac non existente sopho.
- S**ophroniū cū. ph. aspirato similiter & i. latino scribit: nomen est fœminæ p diminutionē adulationis amatoria: platum: & a σοφροσύνη: quæ est prudentia deductum uelut totula prudens.
- S**ophrosyne cum. y. græco scribit: & interpretatur ut in præcedenti dictione uidimus prudentia. Fuit etiam eo nomine uocitata filia superioris Dionysii tyrāni siciliæ. uidi etiā interpretatū modestiā & prudentiam.
- S**ora cum unico. r. scribit: fuit oppidum agri uolsci: quod teste Liuiο in. x. ab urbe: postea sannites possederunt: & ob difficillimum aditum tutissimū credebat. Quod deinde quomodo defecerit a romanis: atq; etiā in illorū potestatem redierit: ostenderat idem Liuius in. ix. ab urbe. de eodem Iuue. meminit cum ait: Optia foræ Aut phabrateria domus.
- S**osa cū unico. s. & i. latino scribit: nomen ē pprium: & apud græcos habet. s. in fine: quod nostri abiiciunt. At apud illos σωσίασ scribit: & cū habeat ω mega in prima naturaliter illā pducit.
- S**ostratus absq; aliqua aspiratione scribit: fuit teste Herodoto li. histo. iiii. uir Aeguntis filius Laodamantis.
- S**oter cum. t. exili scribit: dicit a nostris saluator: & a uerbo σωω: qd̃ ē saluo deducit. Vnde & sotiria salus.
- S**padix cum. i. latino scribitur: teste Gellio in. ii. noctūm atticarū: Spadica græci uocant auulsum palma termitem cum fructu id est palmitem.
- S**para cū. æ. diphthongo scribit: & latine dicitur globus atq; id est quod ex omni exteriori pte rotundū apparet. Et nōnunq̃ cū. ph. aspirato etiā a nostris scribitur uidelicet sphaera.
- S**pargapises cū. i. latino & unico. s. scribit: fuit teste Herodoto li. histo. i. & Iustino similiter i primo: fili⁹ To myris reginæ massagetarū: quem dolo Cyrus capit: ut late præfati auctores tractauerunt.
- S**parta cum. t. exili scribitur: fuit ciuitas: quæ & alio nomine lacedæmon dicitur: seu latine lacedæmonia: atq; in plurali lacedæmonia lacedæmoniarum. Ex Herodoto tamen colligere uisus sum: spartam urbem fuisse: & lacedæmonia regionem: in qua illa cōsisteret: sed indifferenter p alterutra tam ab illo: q̃ ab aliis auctorebus positam legimus. Sed quā ob cām sparta dicta fuerit: ponit Iustin⁹ libro suo: epitomatū tertio dicens:

Et ut rettulit Cicero in secūdo de quæstionib⁹ tusculanis: Spartanis uirginib⁹ magis palæstra: puluis uenaticus: labor: & militia in studio ē: q̃ fertilitas filiorum. Vnde & uarium habitum ab aliis uirginibus ferre cōsuenerant: dicente Virgi. in. i. ænei. Virginis os habitumq; gerens & uirginis arma Spartanæ.

Spatha cū. th. aspirato scribit: & latine dicitur ensis: deriuaturq; a uerbo σπαθα: quod ē euagino.

Spelæum penultima cum. æ. diphthongo scribitur: dicit a nostris spelunca. Virgili⁹ i ultima ægloga: Certum est in siluis inter spelæa ferarum Malle pati.

Sperchius cum. ch. aspirato: & i. latino scribit: apud græcos uero est in penultima ei diphthongus quaz nos in. i. cōuertimus.

in. i. conuertimus. Est fluius thessalix: quem sicut ait Pomponius pelion mons effundit: & cum uelocissimo cursu defluit in sinum maliacum cadit.

- S**peusippus cū. eu. diphthongo & i. latino: atq; duplicato. p. scribit: fuit atheniensis philosophus: Eurymedontis filius: ex pago myrrhunisio: & Parthone Platonis sorore nat⁹: octo años scholæ platonice magister fuit. Irascebatur facile: & uoluptati dederat manus. Nam aiunt illū ira cōcitatum catulū in puteū deiacisse & uoluptatis gratia in macedonia ad Cassandri nuptias iuisse: & cū uehiculo in academiā ferret: haberetq; Diogenem obuiū: diceretq; illi salue. Respondit Diogenes: at tu nequaquā salue: q; eiusmodi cum sis uiuere sustines. Deinde cum iam paralyti solueretur: orauit Xenocratē ut sibi in docendo succederet. Aiūt senio confectū sibi mortem consciuisse mærore impulsū. Plutarchus uero scrip sit illum pediculis efferuescentibus interiisse. Fuit corpore gracili teste Timotheo. Reliquit plura cōmentaria: & dialogos eius libros Aristoteles tribus talētis emit teste Fauorino. Ad hūc Simonides scripsit historias. Primus inuenit quo pacto ex gracilioribus lignis fierent uasa capacia.
- S**pyridon prima cū. y. græco sequens cū. i. latino scribit: nomen est uiri p̄prium.
- S**phinx cū. i. latino scribit: atq; a nōnullis aspiratur prima: & facit in genitiuo declinatione qdē græca hui⁹ sphingos: latina uero hui⁹ sphingis: aīal est prodigiosum: quod cū hōibus offertur si illū præsentiat saluat si uero bestia prius hōiem senserit p̄ditur ipse homo.
- S**pinter cū. i. latino & t. exili scribit: nō græcum sed latinum: iōq; cū. y. græco scribi nō pōt: ut qdam inscii uoluerūt: diciturq; græce ἀκροχέριον & aut fibulam in humeris aut armillam significat. Plautus i Menæchinis: lubeas spinter nouū recōcinari. Idem in eodē: mihi tu dederis pallam & spinter nunq; factum.
- S**spondeus cū. e. absq; diphthongo a latinis scribit: græci uero habēt ei diphthōgū in penultima. ex qua nos abiicientes. i. retinemus. e. Est est pedis genus sic quoq; dictus q; in sacrificiis & libamētis eo maxime uterentur. Nam σπονδῆ libamētum designat: scēdusq; ac sponsonē. Et ab eo σπονδαιοφόροι apud græcos dicebant sacerdotes q; a nostris feciales dicunt: & cōstat spondeus ex duabus syllabis lōgis: ideo pes ē tardus & grauis. Vnde Homerus in. i. iliados: inducens chryseida Agamēnonis puellam uolentibus græcis restitui patri Chryse: & quasi iuitam ab Agamēnone discedentē: ascendētemq; lento passu nauē: uersus illos duos spondeis omnibus refecit: hocq; ut illius tardum discessum magis effingeret. Rettulit etiam Cicero in li. de suis consiliis. Cū uiolenti adolescentes tibiag; etiam cantu: ut sit instincti mulieris pudicæ fores frangerent admouisse tibicinam: ut spondeū caneret Pythagoras dicit: quod cum illa fecisset tarditate modog; & grauitate canentis illog; furentē petulantia cōsedasse. Idē Quinti. rettulit in. i. de institutione oratoria.
- S**purus cū. i. latino scribit: ille dicit qui incerto patre natus ē: & a σπορεῖν quod est seminare deducit. quia nihil aliud de patre q; semen affert.
- S**tadium cū. t. exili & i. latino scribit: latine curriculum transferit quod Herculē primum statuisse dicunt: & eo spatio terminasse: quod ipse uno spiritu confecisset. Nam octaua ps mille passuū est.
- S**tather prima cū. t. exili: ultima cū. th. aspirato scribit: genus est ponderis: & ut qdam dicūt uncix medietas: descenditq; a σταμῆ: quod est trutino uel pondero. Et inde statheram dictum puto istrumētum quo res ponderantur.
- S**temma cū. t. exili & duplicato. m. scribit: dici pōt a nostris infula uel corona: Homerus circa initium iliados στεμὰ τέχων ἐν χερσὶ. Atq; idem designat: quod apud illos stephanos. Nā & stēma & stephanos a στεφανω quod est coronare deducit: Vnde & transumptiue p nobilitate generis caput: quā plerūq; ex uictoris & coronis maiorum nostrorū cōtrahimus: p quem modū ait Luuē. in tertio: Stemmata qd faciunt? qd pdest pontice longo Sanguine cenferi? Quid & p inscriptionibus saxorū: ut Martialis in. x. Tristia saxorum stemmata delet herus. Sane accepisse Virgiliū. li. v. ænei. Coronam p galea: testis est Seruius q id exponens. Omnib⁹ in morem tonsa coma pressa corona inquit. i. galea: atq; illū sermone homerico usum fuisse dixit q stephanon p galea posuit. Et ut Plinius circa initium libri. xxi. Quædam coronæ funiculis in orbem obliquūque & in ambitū currunt: qbus tenuiorib⁹ utebant antiqui strophios appellantes. hæc ille. quod sane græcū uocabulum est. Intortūq; & inuersum designans. Et subdit ipse Plinius: Vnde nata quæ strophiola dicuntur. Quin & uocabulū ipsum tarde inde cōmunicatum est inter sacra & bellicos honores coronis nomen suuz uindicantib⁹. Et pergit cum uero a floribus fierent ferta a ferendo ferite appellabant. Hæc ipse Plini⁹. Cæterum licet fertus ferta fertum adiectiuū sit: ut fertos flores: fertas coronas. Lucanus: Accipiunt fertas narudo florente coronas. In neutro tamen genere fertum: & in plurali ferta absq; additione alterius substatiui a nostris auctorib⁹ pferunt: ut Virgilius in Sileno: Serta pcul tatum capiti delapsa iacebant. Adduntq; illi adiectiuū ueluti substantiuo: ut idem in primo ænei. Ture calent aræ fertisq; recentibus halant. Et ut idem Plinius in. xvi. naturalis histo. suæ attestatur: Antiquit⁹ nulla corona nisi deo dabat. Ob id Homerus celo tantum eam & prælio uniuerso tribuit. Viriū uero ne in certamine qdem ulli. Feruntq; primuz oium Liberum patrē imposuisse capiti suo coronaz ex hedera. Postea deog; honores sacrificates coronas sumpere uictimis simul coronatis. nouissime & in sacris certaminib⁹ usurpate: in quib⁹ hodieq; non uictori dant: sed patriam ab eo coronari p̄nuntiat. Inde natum ut triumphaturis conferrent in templis dicandæ: mox ut

Iudis darentur. Verum ut idem auctor in .xviii. li. refert: & Fabius Massurius in li. memorialiū romæ aruo-
rum sacerdotes Romulus in primis instituit seq; duodecimū fratrem inter illos appellauit. Et tunc ab Acca
laurentia nutrice sua spica corona: quæ uitta alba colligat in sacerdotio ei p̄ religiosissimo insigni data:
quæ primo apud romanos fuit corona: honosq; sacerdotib; non nisi uitta finitur. Et exules etiam ut idez ait
captosq; comitat. Quin & in li. xvi. idem rettulerat Plinius Romulū frondea hostium corona. Hostiliū co-
ronasse: quod fidenam primus irrupisset. Auus hic Tullii Hostilii regis fuit. Nec alias tūc quoq; nouisse co-
ronas q̄ bellicas certum ē. At uero deinde uni gentiū romanis plura coronarum genera cōtigere: q̄ cunctis
aliis gentibus: de quib; oibus quædam referre curabo: quæ in diuersis auctoribus uariisq; eoz locis: & præ-
cipue in Plinio & Gellio legi. Fuerunt ergo apud romanos diuersorum generum coronæ: in magno. s. ho-
nore & precio: uidelicet triumphalis: obsidionalis: ciuica: muralis: uallaris siue castrensium naualis: oualis: &
oleagia. Triumphalis corona laurea erat: quæ. s. ex lauro confecta triumphati dabat. Nam ut ait Plini; cir-
ca finem libri. xv. naturalis histo. laurus triumphis pprie dicata erat. Et infra subdit romanis ea arbor præ-
cipue est laticia: uictoriarūq; nūcia: & militum lanceas pilosq; & falces imperatorū decorat. Ex ea i gremio
Iouis optimi maximiq; deponit: quoties laticia nouam uictoria attulerit. Idq; nō q̄ p̄petuo uiret: nec quia
pacifera est: cū præferenda sit olea. Sed q̄ spectatissima in monte pernafo. Ideoq; etiā grata Apollini affue-
tis eo dona mittere. Iam & regib; romanis teste Lutio Bruto fortassis etiā in argumētum quoniā ibi i liber-
tatem publicam: is meruisset lauriferam tellurem illā osculatus ex responso: & q̄ fulmine sola nō iacit. Ob
has cās egdem crediderim in honorē habitā in triumphis: adeo quod in p̄sanis usib; pollui laurum & oleā
fas non est. Et infra subdit Tiberiū principem tonāte celo coronari ea solitū ferunt cōtra fulminum metus.
Sed & circa Diuū Augustū eūta eius digna memoratu. Nāq; Livia Drusilla: quæ postea Augusta matrimo-
nii gratia nomē accepit: cum nupta esset illi Cæsari galliam cōspicui candoris sedenti: aquila ex alto abiaz
cit in gremiū illasam. Intrepideq; miranti accessit miraculū tenēte rostro laureum ramū onustū suis baccis.
Conseruari alitem & sobolē iussere aruspices: ramūq; cū seri: ac rite custodiri. Quod factū est in uilla Cæsa-
rum: fluuii tyberi imposta: iuxta nouū lapidem flaminea uia: quæ ob id uocat ad gallinas: mireq; silua pue-
nit ex ea triumphans. Postea Cæsar laurum in manu tenuit: coronāq; capite gessit: ac deinde iperatores Cæ-
sari iuncti: traditūq; mos ē ramos: quos tenuerūt ferendi: & durant siluæ nominib; suis discretæ. Obsidio-
nalis corona erat: quā liberati ab obsidione dabāt ei: q̄ ipos liberauerat. Et hæc teste Plinio li. xxii. erat uiri-
dis e gramie decerpto: ide unde obsessos ille obseruasset. Nāq; ut ait summū apd̄ antiquos signū uictoriae
erat uictos porrigere herbā e terra: & altrice humo: q̄ & quādoq; eade humectata fuerat: q̄ graminea nulla
fui corona nobilior in maiestate populi terræ principis. Nā cæteras oēs magno itervallo superabat: quas
singuli hoies: & duces ipi iperatoresq; militib; aut aliquādo collegis dederat. Vnde si ciuicæ corona: honos
ut uidebimus uno aliquo ciue seruato: ut idem auctor inquit præclaris facerq; habet. Quid tandē existima-
ri debet uni uirtute reseruat; uniuersus exercit;? Hanc sane coronā gramineā teste Gellio li. v. noctiū atti-
carum. S. P. Q. R. Quinto Fabio Maximo idedit bello pœnoruz secūdo: quod urbē romanam obsidione
hostium liberaisset. Hac eadem corona Plinio teste Publiū Decius Mus pater tribunus militū ab exercitu
conseruato donatus fuit imperatore Cornelio Cosso consule sannitum bello. Quod late ostendit Livi; li.
viii. ab urbe: & historici alii plures: quin & āno deinde. iiii. sequēte: ut idem Livi; refert: Decius ipse creat;
consul in bello cōtra latinos. p̄ exercitu se deuouit. Idem & post illū Decius filius ter cōsul fecit: ut late Livi;
in. x. ab urbe ostendit. Eadem corona. L. Siccinius Dētatus semel donatus est: de quo miranda scribūt Plini;
li. vii. & xxii. naturalis histo. Solinus circa initiū suorū collectaneorum: & Valeri; de fortitudine. Cōtigit &
similiter eiusdē coronæ honos. M. Calphurneo flamini tribuno plæbis: q̄. M. Attilium regulū in sicilia tpe
primi belli punici apud cecinam liberauit. Quin & Cneo Teio Acinati cēturioni teste Plinio i præfato. xxii.
li. idem honos euenit. Nam capeffens is primum pilum sub catulo exclusam ab hoc legionē suam hortatus
tribunum sifū dubitatem p̄ castra hostium errumpere interfecit: legionēq; eduxit. Scripsit & Sylla dictator
ab exercitu se quoq; donatum apud nolā legatum bello marsico: Idq; etiam in uilla sua tusculana: quæ fuit
postea Ciceronis pinxit. Et ut dixit Plinius: Si uerum ille de se scripsit maiori ignominia ciuiū p̄scriptione
coronam ipam deturpauit: q̄ paucorū cōseruatione p̄meruit. Eadem corona Aemilianum Scipionē i aphri-
ca donatum Varro ipse testat Manilio consule: & cohortib; seruatis: totidemq; ad seruandas eas educis.
Quod ut rettulit Plinius in eodē. xxii. libro statuæ eius i foro suo Diu; Augustus inscripsit: & hæc hæctenus
de obsidionali. Ciuica uero corona illa dicebat teste Gellio præfato li. v. quā ciuis ciui a quo seruat; est i præ-
lio: testem uitæ salutisq; perceptæ dat. & fuit eiusmodi corona teste Plinio li. xvi. primo iligna: postea ma-
gis placuit ex æsculo. Seruius uero super. vi. ænei. dixit ex quercu: q̄ ante eā uita in hac arbore hominibus
fuit: q̄ glandibus uescabant. Similiter Gellius ea inquit fit ex frondē querna: quoniam cibus uictusq; anti-
quissimus ex quercu capi solitus est. Etiam ex ilice quod genus superiori pximum est: sicuti scriptum est in
quadam comœdia Cecili; Aduchunē inquit: cū iligna corona: & chlamyde nostram fidē. Et subdit: Massu-
rius aut Fabius in. xi. librorū memorialium ciuicam coronā dari solitū inqt: cū is qui ciuē seruauerat
eodem tēpore etiā hostem occiderat: neq; locū in ea pugna reliquerat: alteri; ciuicæ coronæ negat cōcessur;

& pergit Gellius: Tiberium tamen Caesarem consultum an ciuicam coronam eapere posset: qui ciuem i praelio seruasset: & hostes ibidem duos interfecisset: sed locuz in quo pugnabat no retinisset. Eoq; loco hostes potiti essent. Rescripsisse dicit eum quoq; ciuica dignum uideri. Quod apparet & tam iniquo loco ciue ab eo seruatum: ut ipse fortiter pugnabitibus retineri no quiuerit. Quod autem fuerit ius ciuicae coronae: Plinius li. xv. explicauit dicens: Accapta licet uti perpetuo ludos inuenti: semper assurgi etiam a senatu in more est: sed edi ius i pximo senatu uocatio muneru oium ipsi patriq; & auo paterno. Quatuordecim eas accepit Sincinius Dentatus: tres Capitolinus. Aphricanus de patre accipere noluit apud trebiam. haec Plinius. Haec eadem corona teste Gellio. L. Gellius uir Cesorinus in senatu Ciceronem consulem donari a republica cesuit: quod eius opera fuisset atrocissima illa coniuratio Catilinae detecta: & uindicta. & ut Plinius praefato proxime libro inquit: Cedunt his coronis murales uallaresq; q; aureae & precio antecedentes: cedunt & rostratae: quibus in duobus dicat suo auro celebres fuisse: ut infra uidebimus. Muralis corona teste Gellio i. v. aurea erat qua donabatur ab imperatore: qui primus murum subiit. Inq; oppidum hostium p uim ascedit. Idcirco quasi muri primus ascensor decoratus e. Vallaris uero corona ea e: qua & castrensis dicitur. Eadez aurea erat: habes in signe ualli. haec teste Gellio donabat imperator eum qui primus hostium castra pugna introiuit. Naualis simili modo ex auro erat: quasi rostris nauium insignita qua donari consueuerat: q; primo maritimo praelio armatus in nauem hostium ui transibat: accapitq; eam in bellis piraticis dante Popeio. M. Varro romanorum oium doctissimus. Quin & tribuete Augusto. M. Agrippa e siculis bellis: qua & ipsa piratica fuisse. Oualis uero corona teste Gellio myrtea erat: ea utebantur imperatores: q; ouantes introibant urbem. Ouandi ac non triumphandi: ut subdit ea erat. Cum aut bella non rite indigna: neq; cum iusto hoste gesta sunt: aut hostium nome humile: & non idoneum sit: ut seruorum piratarumq; aut deditione repente facta in puluere: ut dici solet in cruetaq; uictoria obuenit. Cui facilitati aptam esse Veneris frondem crediderunt quod non martius: sed quasi ueneris quidam triumphus foret. & sic quoq; teste Plinio li. xv. natu. histo. Positius libertus in consulatu triumphas de sabinis primus omnium ouas ingressus urbem e: quoniam reuolenter sine cruore gesserat. Et myrto ueneris uictoris coronatus incessit. Nam ut psequitur Gellius ad ea q; supra posita sunt: haec myrteam coronam. M. Crassus cu bello fugitiuorum cofecto ouans rediret: insolenter aspernatus e. Senatusq; cofultum faciudu p gratiam curauit: ut lauro non myrto coronaret. Sane praetereundu non e quod ad ouationes attinet: super quo dissensisse ueteres scriptores accipio. Partim eni scripserunt q; ouarent introire solitos equo uehente. E qbus Serui⁹ sup. iiii. aenei. dixit: Qui ouatione meret: uno equo utitur: & a plabeis uel ab equitib⁹ romanis deducit ad capitolium: & de ouib⁹ sacrificat. Vnde & ouatio dicta est. At Sabinus Massurius (ut refert Gellius) pedibus ouantes ingredi dicit sequentib⁹ eos non militib⁹ uniuerso senatu. Item Suetonio teste Tiberius Augusti priuignus ante imperium primo oium ouans curru urbem ingressus e triumphalibus ornamentis: nunq; ante cuiq; tributo talis honoris genere. Massurius teste Plinio eodez. xv. li. auctor est: curru quoq; triumphantes myrtea corona usos. Vnde & L. Piso tradidit Papyrium Masonem: qui primus in monte albano triumphauit de coris: myrto coronatu ludos circenses spectare solitum. M. Valerius auus maternus Aphricani sequentis duab⁹ utebat coronis laurea & myrtea. Oleagina aut corona postrema e: qua teste Gellio uti solent: q; in praelio non fuerunt: sed triumphu peurant. Et ut refert Gellius. M. Cato obiit. M. Fuluius nobiliori: quod milites p ambitione coronis leuissimis de causis donasset: de qua re uerba ipsa apposuit Catonis. Nam principio q; uidit corona donari queq; cum oppidu captum non eet: aut castra hostium incesa non essent: Fuluius aut in quem hoc a Catone dictuz e coronis donauerat milites: q; uallum curauerant: aut qa puteum strueu foderat. Dabant etiam coronae i ludis & sacris certaminib⁹: quas primum e floribus cofertas habebat: ita ut uersicolorum floru mixtura: suauis etiam misceret odores. Nam teste Plinio in. xxii. suae historiae naturalis: Pausias Sicyonius ex ingenio Glyceriae coronariae ab eo dilectae: pulcherrimuz coronae artificiu insurrexit. Nam ille cu sua opera picturae Glyceriu cu coronis effingeret: illa ut eu puocaret coronas sapius uariasset: eetq; inter eos certame artis & naturae tabellas interim plures eiusmodi picturae reliquit: quae exemplar uariis & pulcherrimis fertis exhibuere. Idq; factum est teste eodem Plinio post Olympiade centesimam. Sic coronis e floribus recaptis paulo mox subiere quae uocatur aegyptiae: ac deinde cum hyeme terra flores negat Ibernae uenere ramento e cornibus cincto: posteaq; e lamina aurea tenui uel aurata: aut inargentata dabant. Et subdit Crassus diues primus argento auroq; folia imitatus ludis suis coronas dedit. primus q; instituit celare eas. P. Claudius pulcher brachtea q; & phaleras dedit. Haec Plinius: q; in eodem libro ostedit eo luxuria peccasse: ut coronas ex odoratissimis floribus mero infunderent: & in hilaritate odorum uinum absorberet. Vnde & scelerata Cleopatra apparatus belli actiui Antonio gratificationem ipsius reginae timente: nec nisi praegustatos cibos sumete fertur ab ore eius luisse extremis coronis floribus ueneno illitis: ipsiusq; capiti imposita: mox pcedente hilaritate inuitauit Antonium: ut coronas biberent. Quis istas timeret insidias? Ergo cum sarta in cyphum incipienti haurire opposita manu. En ego sum inquit illa chare Antoni: qua tu noua praegustantiu diligentia caues. Ideo mihi si possum sine te uincere libere occasio: & ratio adest. Inductum in custodia bibere iussit illico expirantem. Scripsit de coronis apud graecos Mnestheus: atq; Callimachus medici ostendentes: q; noceret capiti: & quae

- prodesse. Scripsit & Theophrastus Apud Latinos uero nonnulli ut ferunt: sed de floribus solus Plinius profecutus est.
- S** tentor absq; aliqua aspiratione scribitur: fuit heros magnanimus & fortis ex his græcis: qui ad troiā uenerūt cuius teste Homero li. iliados. v. tantus erat uocis sonit⁹ q̄tus aliorū gnquaginta. Quod Iuue. ipse tetigisse uidet in satyra Exēplo quodcūq; malo quū ait: Tu miser exclamas: ut stentora uincere possis: Vel poti⁹ q̄tū gradius homericus. i. mars. De quo late uidimus in dictione gradius.
- S** thenelus cum. th. aspirato & unico. l. scribitur: fuit teste Homero Papanei regis filius ex Euadne uxore: qui p̄ græcis i expeditione troiana plura gloriosa peregit. Fuit & alter eodē nomine quē in cōtiōe Agamēnonis refert Homerus Persei fuisse filium ex Andromeda coniuge: atq; patrem Eurystei mycenarum regis.
- S** thenobæa prima cum. th. aspirato: penultima cum. æ. diphthongo scribitur: & a thenos quod ē robur descendit. Fuit Ariobatis lyciorum regis filia: atq; uxor Proeti regis argiuorum. De qua in dictione Bellerophonētes uidimus.
- S** tefichorus prima cū. t. exili: sequens cū. i. latino: penultima cū. ch. aspirato scribitur: fuit poeta lyricus eximi⁹. De quo etiam Quintilianus meminit in. x. de institutione oratoria: & Horatius in. iiii. carminum: Cæaq; & alcaei minaces Stesichorūq; graues camenæ.
- S** tilpon cum. t. exili & i. latino scribitur: fuit megarensis philosophus: & teste Heraclide in tantum & mutatione & eloquētia & sapientia præcessit alios: ut parum abfuerit: quin omnis græcia in illū intenta: i megarā transisse dicere. Cicero uero in li. de fato dicit illū fuisse acutum hoīem: maximeq; suis tēporibus approbatum. Laertius autē cū eum maxime ciuile dixerit subdit: ac præter uxorem quā dixerat: Nicarete etiam pellice utebatur.
- S** tymphalis prima cum. t. exili & y. græco: ultima cum. i. latino scribitur: palus est in achæia: ex qua erasmus p̄fluit fluuius: & ab illa tymphalidas aues dictas nonnulli putauerunt.
- S** tymphalides prima cum. t. exili & y. græco: penultima cum. i. latino scribitur: aues fuisse scribuntur miræ magnitudinis: ita ut illarum allæ solares radios occulerent. Seneca in tragoedia furētis Herculis: Solitaq; p̄nis cōdere obductis diem: petūt ab ipsis nubibus tymphalides. has Herculem sagittis trāfixisse: ad terrāq; cecidisse: scripserunt poetae. Quin & esse diuersas ab harpyiis ostendit Seneca in præfata tragoedia: atque in Medea dicens:
- Reliquit istas inuio plumas specu
Harpyia cum zetem fugit:
His adice pennas fauciæ tymphalidis
Lernæa passæ spicula. Vnde Isidorum atque Bocatium errasse constat: qui inter harpyias & tymphalides non distinxerunt.
- S** tigma cum. t. exili & i. latino scribitur: dici potest nota: & inde etiam punctum: & a σιγῶ uerbo græco: quod ē p̄ungo. Ponitur tamen p̄ pprio quodam signo: ut Martialis in primo: Cæsar atq; iouis cum fert nūc stigma iuuentus: Par onus ut tulerint altius iste tulit. Idem in. xii. Frons hæc stigmatē non meo notāda est. Et ut quidam putant etiam stilla ex eodem uerbo originem traxit: ita ut apud nos gutta dicatur: ut stilla aquæ: stilla olei. Martialis in præfata. xii. Atq; olei stillam donaret opellius unctor. & inde stillidium: hoc est stillage cadium si dici posset: & stillo uerbum ac distillo.
- S** tylus cum. t. exili & y. græco scribitur: dicitur a nostris columna: unde epystilium capitellū id dicitur: quod supra columnam locatur.
- S** typus cū. t. exili & y. græco sequēte. ps. scribitur. At uero græci dicūt τυπός: hoc ē styplus: & significat omne quod facile incēdit: atq; nomen assumpsisse dicit a τυπίον: quod ē stappa: quæ ea facillime incendatur.
- S** timachon prima cū. t. exili & i. latino: ultima cū. ch. aspirato scribitur: nomen ē uiri pprium: sed cōpositus ex σιζω: quod ē p̄ungo: & μαχι bellum. Virgi. in Daphnide: lampridem timachon laudauit carmia nobis.
- S** tyx cū. t. exili & y. græco scribitur: palus est inferni poetarum carminib⁹ decantata. & deducitur a τυγνός: quæ est tristitia: uel mæsticia. Hanc Hesiodus fuisse filiam dixit Oceani & Tethyos: quæ cum Pallate concubens genuit Zelum & Victoriā. At uero Victoria adeo in giganteo bello Ioui fauit: ut p̄ munere cōcederet illi Iuppiter: ut siqs deorum per stygem paludem matrem eius peieraret: cētum ānis priuaret diuinitate: ut Virgilius li. aenei. vi. Stygeamq; paludem Dii cuius iurare timent: & fallere numē. Similiter Homerus i hymno Apollinis καὶ τὸ κατεβόμενον τυγνὸς ὕδωρ ὅση μεγιστὸς ὄρκος λειοτάτος τε πᾶσι μακάρεσσιν οἰοῖσιν. Herodotus uero li. historiarum. vi. dixit p̄ uera historia stygem paruam esse aquam in arcadia in ciuitate: quæ dicitur nonacris ex petra quadam profluētē. Hæc eadem teste Plinio li. secūdo naturalis histo. licet neq; odore neq; colore sit abominabilis: ilico tamen pota necat: qualia sunt magog artificum uenena: quæ deprehendi nisi morte non possunt. Et in li. xxxi. de eadem inquit: pisciculos quosdam generat: quæ comesti repente perimūt comedētes. Est & palus alia eodē nomine apud Memphim: de qua uidim⁹ i dictione Osiris.
- S** toici absq; aliqua aspiratione & i. latino scribitur: fuerunt philosophi apud athenas eximii originem ducētes a Zenone ciciēsi: sic quoq; dicti teste Laertio de uitis philosophorum a quadā porticu: quæ erat athenis

- & pythianica uocabatur: referta uaria & multa scientiæ pictura polygnoti. In qua cum diuersis tēporibus iam mille quadringenti triginta ciues interfecti fuissent: uoluit Zeno locum illum stabilem atq; inuolabilem reddere. Quare cœpit in illo docere: ad quem eo audiendum discipuli cōfluentes: q̄ antea Zenonii dicebantur: postea ab ipsa porticu stoici sunt uocati: ut Epicurus in epistolis attestat. Siquidē & ante Zenonez teste Eratosthene poetæ in illa morantes dicti sunt stoici: a quib⁹ multū incremēti illa appellatio cœpit.
- S**tomachus cum. t. exili & ch. aspirato scribitur. Nec componi potest: ut quidam uolunt ex stomatos. i. ore: & κοι λίας uentre: quasi sit os uentris: q̄a tunc quoq; c. ipsum aspirari non posset: quod apud græcos semp aspiratur. Ideo melius alii dicunt componi ex stomatos id est ore: & ἔχω: quod est habeo: q̄a os sit habēs: & sic. e. aspirandum est.
- S**tola cum. t. exili scribit: & dicitur a nostris indumentum.
- S**torax cum. t. exili sequente. o. iam scribitur. At uero a græcis & antiquis latinis cū. y. græco scribebat uide licet styra. Vnde cum sit genus aromatis dixit Plinius in. xii. naturalis historiæ: arabia ex syria reuehūt sty racem acri odore: eius in focis abigentes suorum fastidium. Quin & ad serpentes fugandos urunt in odori feris siluis frequentissime.
- S**tlata absq; aliqua aspiratione scribitur: latinum est & non græcum: ut quidaz putauerūt. Estq; teste Festo genus nauigiū latum magis q̄ altum: a cuius latitudine sic appellatū ē. Nam ut in primo horum cōmentario rum li. uidimus: antiqui cōsueuerūt dictioni incipienti ab. l. apponere. s. Et inde stlataria: ut Spondet enim tyrio stlataria purpura filo. i. quæ per mare allata est.
- S**tranguria cum. t. exili & i. latino scribit: difficultas est urinæ. Nam componit dictione ex σπαραγγα λίζω: qd̄ ē constringo: & uros urinam.
- S**trategemata absq; aliq̄ aspiratione scribit: dicuntur exēpla seu cōsilia militaria: quibus hoies ad similia faciēda uel imitanda dicunt. Nam cōponitur dictione ex στρατός: q̄ est exercitus: & ἄγω duco.
- S**tratocles absq; aliqua aspiratione & cū. i. latino scribitur: nomen est uiri pprium: cōpositū tamē ex στρατός qui est exercitus: & κλέος gloria.
- S**tratonicus similiter scribit: & cōponit ex stratos & νίκη: quæ est uictoria: quasi exercitus sit uictor.
- S**trato absq; aliqua aspiratione scribit: fuit lampfacenus philosophus Arcefilai filius uir eloquentissimus. Et in speculatiōe physica præ cæteris diligentissime speculatus. Vnde & physicus est appellatus. Fuit Pthole mæi Philadelphi præceptor: a quo talentis octuaginta donat⁹ ē. Scripsit de regno libros. iii. de iusticia. iii. de diis. iii. de magistratibus. iii. de regia philosophia: de fortitudine: de cælo: de spiritu: & de aliis multis re bus. Aiunt eum fuisse tam tenuem: ut sine sensu moreretur. Fuere Stratones. viii. Primus Isocratis auditor. Secundus hicip̄. Tertius medicus. Quartus historicus scriptor gestorum Philippi. & Persæ: qui contra ro manos bella gessere. Sextus poeta epigramatum. Septimus antiquus medicus teste Aristotele. Octau⁹ peri pateticus: q̄ uixit alexandriæ.
- S**trymon cum. t. exili & y. græco scribit: fluuius est: qui teste Plinio in. v. naturalis histo. macedoniam a thra cia separat: fluitq; a uertice montis æmi. Et ut refert Vibius plurimo gelu stringitur: ad quē tēporib⁹ calidis multæ grues cōfluunt. Quare Virgilius in. i. georgi. grues strymonias uocauit: duz ait. Strymoniaq; grues & amaris intyba fibris. Et similia Lucanus in tertio.
- S**trongyle cum. t. exili & y. græco scribit: insula est in mari tyrrheno una ex æoliis sic quoq; dicta: q̄a sit rotū da & globosa: quod strongylon græce designat.
- S**trophades cū. t. exili scribit: sunt teste Plinio in. iiii. naturalis histo. insulæ duæ i mari ionio ante cephaloniā positæ prius dictæ harpyiarum patria: ut supra uidimus in dictione Phineus.
- S**tropylus cum. t. exili & y. græco scribitur: est auicula ægyptia: quæ teste Solino in collectaneis cum escas ap petit in os crocodili intrans beluæ dentes paulatim scalpit: sensimq; scalpurgine blandiente adituz sibi usq; ad fauces facit: moxq; ad interiora penetrat: & populatis uitalibus aluo exit.
- S**trophius cū. t. exili & i. latiuo scribit: fuit rex phocensis pater Pyladis: amicusq; & consanguineus Agamē nonis: de quo in dictione Pylades uidimus.
- S**truthius prima cū. t. exili: sequēs cū. th. aspirato: & i. latino scribit: auis est grandis & corpore grauis: quare uolando currit: crefcitq; in aphrica: ut ostendit Herodotus in. iiii. historiarum.
- S**tupa cum. t. exili & unico. p. scribit: nam græce dicitur στυπτιόν: & habet primam longam. Virgilius in. v. ænei. Stupa uomens tardum fumum: ubi dixit Seruius secundū antiquam orthographiaz: hoc est ubi illud y. græcum in. u. nostrum conuerfum. Nam nos. f. moderniores stypam dicimus a stypādo. Et ut subdit ab u siue etiam dicitur linum.
- S**ulmo cum. u. ante. l. scribitur: oppidum est in brutiis pelignæ regionis. De quo Ouidius. Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis: Milia qui nouies distat ab urbe decem. Et in libro quarto fastorum ait: Serus ab iliadis & post antenora flammis

Attulit aeneas in loca nostra deos.

Huius erat solemus phrygia comes unus ab ida:

A quo sulmonis moenia nomen habent. Et subdit ostendens se illos fastorum libros eo tpe coposuisse: quo apud scythas relegatus erat: dicens ad Germanicum: cui opus inscripsit:

Moenia Sulmonis patriæ germanice nostræ:

Me miserum scythico q̄i procul illa solo est.

Surrhentum cum duplicato. r. & secūdo aspirato atq. t. exili scribitur: oppidum fuit campaniæ a græcis teste Iginio conditum: quod palmitibus generosum dixit. Vnde & Plinius in. xiiii. naturalis histo. Vina surrhentina in uineis tatum nascentia: cōualescentibus maxime probata: propter tenuitatez salubritatemq. Et subdit Tiberius Cæsar: dicebat consensisse medicos: ut nobilitatem surrhentino darēt. Alioquin esse generosuz acetum. C. Cæsar: qui successit illi nobilem uappam certant massica: atq. ex mōte gaurano puteolos baiasq. prospexit. Nam phalerno contermina ad principatus uenere. Et paululum supra dixerat Diuus Augustus Setinum prætulit cunctis. Et pergit secunda nobilitas phalerno agro erat: quod exolecit nimietate copriæ: potius q̄ bonitate. Et infra subdit: his præponi solebant calena. De quibus in ea dictione uidimus. Qui & subsequitur infra mustum appellant musto usq. ad tertiam ptem mensuræ decocto. Quod uero ad dimidiam est defrutum uocamus: omnia in adulterium mellis excogitata. Et subdit ostendens quid sit passuz dicens id fieri ex quacūq. uua alba & dulci: tamen præcocta siccante sole: donec paulo amplius dimidiū pondus superfit: tunsaq. leuiter exprimunt. Idq. dici passum: deinde quantū expressere adiciunt uinacis aquæ puteariæ: ut & secundarium passum faciant. Et pergit diligentiores eodem modo siccatis acinos eximunt: ac sine sarmentis madefactos uino excellenti donec intumescant premunt. Et supra dixerat psythium passigenus addito melle esse. Et utitur Plinius declinatione uini in plurali uina uinorum & uinis. Idem Horatius in sermonibus cum ait: Surrhentina uaser qui miscet face phalerna Vina columbino limuz bene colligit ouo Et Ouidius de arte amandi libro primo: Illic saepe animos iuuenum rapnere puellæ. Et uenus in uinis: ignis in igne fuit.

Littera apud græcos & exilis habetur & aspirata. Exilis quidē hoc ē quæ sine aspiratione est: tau ab illis nominat: aspirata uero theta dicitur. quæ diuersa a priori formam detinet: & uim ipsius nostri. th. aspirati detinet: ut in primo horum commentariorum libro late uidimus. Et ut quidam ferunt: erant hæ duæ litteræ: formæ exilis. t. & aspiratæ militum notæ apud ueteres. quibus uti designabat: quot post bellum ex militib⁹ superessent: quotue i bello cecidissent: ita ut. T. quæ exilis est in capite uersiculi apposita superstitem designabat militem. Si uero ipsum. o. ad cuius militis nomen appositum fuisset: illum defunctum annotabat. Quod Persius in quinta satyra tetigisse uidetur cum ait: Et potis es nigrum uitio præfigere theta.

Taburnus cum. t. exili scribit: & est teste Seruio super secundum georgicorum: mons cāpaniæ oliuetis abundans. Quare dixit Virgilius: Iuuat ismara baccho Conserere: atq. olea magnum uestire taburnum. Eundez retinere optima pascua dixit idem Seruius super. xii. aeneidos.

Tachompsō cū. t. exili & ch. aspirato scribit. Est teste Herodoto li. histo. ii. insula quædam nili.

Tenarius cum. t. exili & æ. diphthongo scribitur: promontorium est laconiz iuxta spartam ciuitatem: hoc est circa finem n̄aleæ montis: ut dixit Seruius super. iiii. georgi. In quo q̄a hiacus magnus est: ex quo agēte spiritu: q̄a nōnunq̄ strepitus p̄gredi p̄cipiuntur: dixere ueteres p̄ hunc esse descensuz ad inferos. Vnde Virgi. Tenarias etiam fauces alta hostia ditis. Et Seneca in Hercule furente:

Spartana tellus nobile attollit iugum:

Densis ubi æquor tenarius filuis premit:

Hic ora soluit ditis immitis domus. Et reliqua quæ eloquentissime prosequitur: atque idem Statius in secundo thebaidos.

Tania cum. t. exili & æ. diphthongo: atq. i. latino scribit: a nostris dici potest fascia Virgilius in. vii. aeneidos Fit longæ tania uittæ: ubi Seruius uittæ extremitatem dixit. Sed pro uittis posuit manifeste Virgilius in. v. ubi ait: Puniceis ibant euincti tempora t̄anis. Alii uero nō putant esse græcum sed latinū: & a tenēdo deductum: quod falsum est. Nam syllabæ q̄ntitas diuersa est: & sane notandum ē ubi t̄anis dixit Virgi. a nomina tiuo t̄ana: non autem tania deduxisse.

Tagus cum. t. exili scribitur: fluius lusitaniz toletum radens: qui ut ait Plini⁹ li. iii. naturalis historie: oritur prope hispaniam carthaginem: & ob arenas auriferas cæteris eiusdem regionis amnibus antefertur. Vnde ait Iuuenalis in. iiii. satyra: Tanti tibi non sit opaci Omnis arena tagi: dixitq. opaci: id est frigidi: ut Virgilius